BU
Santa Cruz
252

UVA. BHSC. BU 06252

C.45=2.

13-8

16-9

UVA. BHSC. BU 06252

6252

UVA. BHSC. BU 06252

UVA. BHSC. BU 06252

UVA. BHSC. BU 06252

UVA. BHSC. BU 06252

LITTERÆ
APOSTOLICÆ,
QUIBUS INSTITUTIO,
CONFIRMATIO,

Et varia Privilegia continentur
SOCIETATIS JESU.



ANTVERPIÆ,
Apud JOANNEM MEURSIUM.
M. DC. XXXV.
SVPERIORVM PERMISSV.

UVA. BHSC. BU 06252

UVA. BHSC. BU 06252

INDEX
LITTERARVM
APOSTOLICARUM
Hoc libello contentarum.

PAULI III.

PRIMA *Institutio Societatis approbatio.* pag. 7.
Facultas quosvis idoneos admittendi, & Constitutiones condendi. 17
Facultas concionandi, &c. 24
Facultas Coadiutores admittendi. 29
Approbatio Exercitiorum. 32
Privilegia plurima. 36

IULII III.

CONfirmatio *alia Instituti.* 57
Confirmatio privilegiorum, & aliorum concessio. 72

PII IV.

CONfirmatio, *& nova concessio ædificandi ubique, etiam intra cannas, &c.* 79. 158
Extensio facultatis conferendi gradus, & exemptionis à decimis. 87. 177

UVA. BHSC. BU 06252

PII V.

Contra Apostatas. 96
Circa contractus non capitulariter celebrandos. 106
Circa prælectiones in Collegiis, & in favorem Scholarium Societatis. 110
Declaratur Societas Mendicans, eique Mendicantium privilegia communicantur. 116

GREGORII XIII.

Conservatores assumendi facultas. 125
Approbatio immunitatis à choro, & professionis propter ordines. 135
Circa usum librorum prohibitorum. 137
Facultas utendi privilegiis more Societatis. 141
Medendi facultas. 151
Exemptio à publicis supplicationibus. 153
Confirmatio derogationis privelegii cannarum, &c. 158
Facultas alienandi. 168
Derogatio cap. Nuper. *de Decimis.* 177
Indulgentia plenaria, & facultates aliæ. 184
Altaris viatici usus. 193
Indulgentiæ aliarum Ecclesiarum pro Societatis Ecclesiis. 195
Aperiẽdi litteras sacræ Pœnitentiariæ facultas. 197
Alienandi facultatis extensio. 199
Transeundi ad alios Ordines de licentiâ Præpositi Generalis. 208

UVA. BHSC. BU 06252

A quocumque Antiſtite ordines etiam extra tempora ſuſcipiendi. 211
Inſtituti, Conſtitutionum, ac privilegiorum Societatis Confirmatio, & Declaratio, &c. 214
Nova Inſtituti Societatis Confirmatio. 222
Exemptionis antiquæ confirmatio, ac novæ conceſſio. 243
Tranſire ſecundò ad Carthuſiam, ſine Præpoſiti Generalis licentiâ non licet. 246
Prædicandi facultatis declaratio, & novæ conceſſio. 249
Aggregandi alias Congregationes Primariæ. 252

SIXTI V.

Extenſio facultatis aggregandi Congregationes. 264

GREGORII XIV.

Societatis Inſtituti, & rationis gubernandi novæ confirmatio. 274
Facultas Novitios admittendi, & cum illegitimis diſpenſandi reſtitutio, & nova conceſſio. 292

CLEMENTIS VIII.

Societatis IESV *religioſis uſus Bullæ Cruciatæ quoad eligendum Confeſſarium, & obtinendam abſolutionem interdicitur.* 297

UVA. BHSC. BU 06252

Extenditur facultas erigendi, & aggregandi Congregationes. 300

PAULI V.

Instituti, & Privilegiorum Societatis, præsertim verò Constitutionum Gregor. XIII. & XIV. approbatio, & nova concessio. 303

VRBANI VIII.

Litteræ decretales Canonizationis S. IGNATII *Loyolæ Societatis* IESU *Fundatoris.* 319

Bulla Canonizationis S. FRANCISCI XAVERII. 348

PAU-

UVA. BHSC. BU 06252

PAULI III.

PRIMA INSTITVTI SOCIETATIS IESU APPROBATIO.

Cum restrictione numeri ad personas sexaginta dumtaxat.

ANNO M. D. XL.

PAULUS Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regimini militantis Ecclesiæ, meritis licet imparibus, disponente Domino præsidentes; & animarum salutem, prout ex debito pastoralis officii tenemur, sollicitis studiis exquirentes; fideles quoslibet, qui vota sua in id exponunt, Apostolici favoris gratiâ confovemus, aliasque desuper disponimus, prout temporum & locorum qualitate pensatâ, id in Domino conspicimus salubriter expedire. Nuper siquidem accepimus, quòd dilecti filii, Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Iacobus Laynez, nec non Claudius Iajus, & Paschasius

Primi decem Patres Societatis.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

ſius Broët, ac Franciſcus Xavier, nec non Alfonſus Salmeron, & Simon Rodericus, ac Ioannes Coduri, & Nicolaus de Bobadilla, Presbyteri Pampilonen. Gebennen. Segun-tin. Toletan. Viſen. Ebredunen. & Palentin. civitatum, & diœceſeon reſpectivè, in Arti-bus Magiſtri, in Vniverſitate Pariſienſi gra-duati, & in Theologicis ſtudiis per plures annos exercitati; Spiritu ſancto, ut piè cre-ditur, afflati, jam dudum è diverſis mundi re-gionibus diſcedentes, in unum convenerunt, & Socii effecti, abdicatis hujus ſæculi ille-cebris, eorum vitam perpetuo Domini Noſtri IESV CHRISTI, atque noſtro, & aliorum ſuc-ceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſervitio dedicarunt; & jam quàm pluribus annis laudabiliter in vineâ Domini ſe exer-cuerunt; verbum Dei prævia ſufficienti licen-tiâ publicè prædicando, fideles privatim ad benè beateque vivendum exhortando, & ad pias meditationes excitando, hoſpitalibus inſerviendo, pueros, & perſonas rudes ea quæ ad Chriſtianam hominis inſtitutionem ſunt neceſſaria, docendo; & demum omnia cari-tatis officia, & quæ ad animarum conſolatio-nem faciunt ubique terrarum, ubi peregrinati ſunt, multâ cum laude obeundo. Cumque ad hanc almam Vrbem ſe contulerint, & in ca-ritatis vinculo perſiſtentes ad perficiendam & conſervandam eorum Societatis in Chriſto unio-

Prima Patrum exercitia.

UVA. BHSC. BU 06252

unionem, quamdam vivendi formulam, juxta PAVLI ea quæ ad propositum sibi finem conducere III. usu didicerunt, Evangelicis consiliis, & canonicis Patrum sanctionibus conformem ediderint; factum est, ut ipsorum sociorum vitæ institutum, sub dictâ formulâ cõprehensum, non solùm à multis probis viris & Deum zelantibus laudetur; verùm etiam à quibusdam ita approbetur, ut illud etiam sequi velint.

Instituti Societatis formula.

Formulæ autem prædictæ tenor sequitur, & est talis. Quicũque in Societate nostrâ, quam IESV nomine insigniri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo militare, & soli Domino, atque Romano Pontifici ejus in terris Vicario servire, post solemne perpetuæ castitatis votum,

Votum castitatis.

proponat sibi in animo, se partem esse Societatis, ad hoc potissimùm institutæ, ut ad profectum animarum in vitâ & doctrinâ Christianâ, ad fidei propagationem, per publicas prædicationes, & verbi Dei ministerium, spiritualia exercitia, & caritatis opera, & nominatim per puerorum ac rudium in Christianismo institutionem, ac Christi fidelium in confessionibus audiendis, spiritualem consolationem præcipuè intendat; curetque primò Deum, deinde hujus sui instituti rationem, quæ via quædam est ad illum, semper ante oculos habere, & finem hunc sibi à Deo propositum totis viribus assequi; unusquisque tamen secundum gratiam sibi à Spiritu sancto

Finis Instituti.

Institutio puerorum.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III. *Officiorum distributio.*

subministratam, & vocationis suæ proprium gradum, ne quis fortè zelo utatur, sed non secundùm scientiam. Cujus proprii cujusque gradus judicium, & officiorum discretio ac distributio tota sit in manu Præpositi seu Prælati per nos eligendi, ut congruus ordo servetur, in omni benè institutâ communitate necessarius. Qui quidem Præpositus de consilio consociorum, Constitutiones, ad constructionem hujus propositi nobis finis conducentes, in consilio condendi auctoritatem habeat, majori suffragiorum parte semper statuendi jus habente. Consilium verò intelligatur esse, in rebus quidem gravioribus, ac perpetuis, major pars totius Societatis, quæ à Præposito commodè convocari poterit; in levioribus autem, & temporaneis, omnes illi quos in loco, ubi Præpositus noster residebit, præsentes esse contigerit. Iubendi autem jus totum penes Præpositum erit. Sciant omnes Socii, & non solùm in primis professionis suæ foribus, sed quoad vixerint, quotidie animo volvant, Societatem hanc universam, & singulos sub sanctissimi Domini nostri Papæ, & aliorum Romanorum Pontificum successorum ejus, fideli obedientiâ Deo militare. Et quamvis Euangelio doceamur, & fide orthodoxâ cognoscamus, ac firmiter profiteamur, omnes Christi fideles Romano Pontifici, tamquàm capiti ac IESV CHRISTI Vica-

De condendis constitutionibus.

Speciale votum obediendi Romano Pontifici.

UVA. BHSC. BU 06252

Vicario subesse: ad majorem tamen nostræ Societatis humilitatem, ac perfectam uniuscujusque mortificationem, & voluntatum nostrarum abnegationem, summoperè conducere judicavimus, singulos nos ultra illud commune vinculum, speciali voto adstringi, ita, ut quidquid modernus, & alii Romani Pontifices pro tempore existentes jusserint, ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, & ad quascumque Provincias nos mittere voluerint; sine ullâ tergiversatione, aut excusatione, illicò, quantum in nobis fuerit, exequi teneamur; sive miserint nos ad Turcas, sive ad quoscumque alios infideles, etiam in partibus, quas Indias vocant, existentes; sive ad quoscumque hæreticos, seu schismaticos, seu etiam ad quosvis fideles. Quamobrem qui ad nos accessuri sunt, & antequam huic oneri humeros supponant, diu multumque meditentur, an tantum pecuniæ spiritualis in bonis habeant, ut turrim hanc juxta consilium Dominicum possint consummare: hoc est, an Spiritus sanctus, qui illos impellit, tantum illis gratiæ polliceatur, ut hujus vocationis pondus illo adiuvante, se laturos sperent: & postquàm, Domino inspirante, huic Iesv Christi militiæ nomen dederint, die noctuque succincti lumbos, & ad tam grandis debiti solutionem prompti esse debebunt. Ne qua autem possit esse

PAVLI III.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

esse inter nos missionum, ac provinciarum hujusce modi, aut ambitio vel detrectatio; profiteantur singuli, se numquàm directè aut indirectè de hujusmodi missionibus quidquam cum Romano Pontifice curaturos: sed omnem hanc curam Deo, & ipsi Pontifici tamquàm ejus Vicario, & Societatis Præposito dimissuros. Qui quidem Præpositus, sicut ceteri, etiam profiteatur, se nihil de suimet ipsius missione in alterutram partem, nisi de Societatis consilio, cum dicto Pontifice esse curaturū. Voveant singuli se in omnibus, quæ ad Regulæ hujus nostræ observationem faciunt, obedientes fore Societatis Præposito. Ille autem jubeat ea, quæ ad constructionem propositi sibi à Deo & à Societate finis cognoverit esse opportuna. In prælatione autem suâ, benignitatis, ac mansuetudinis, caritatisque Christi, Petri, Paulique formulæ semper sit memor: & tam ipse quàm consilium ad normam hanc assiduè spectent; & nominatim commendatam habeant institutionem puerorum ac rudium in Christianâ doctrinâ decem præceptorum, atque aliorum similium rudimentorum, quæcumque secundùm circumstantias personarum, locorum, ac temporum, illis congrua videbuntur. Est enim maximè necessarium, circa providentiam hujus rei diligenter Præpositum & consilium invigilare; cùm & in proximis ædificium

Missiones non procurandæ.

Votum obedientiæ.

Gubernandi ratio.

De institutione puerorum ac rudium.

UVA. BHSC. BU 06252

cium fidei sine fundamento non possit con- PAVLI
surgere, & in nostris periculum sit, ne, ut quis- III.
que erit doctior, ita provinciam hanc, tam-
quàm primo aspectu minùs speciosam, forsi-
tan detrectare conetur: cùm tamen reverà
nulla sit fructuosior, vel proximis ad ædifi-
cationem, vel nostris ad caritatis & humili-
tatis simul officia exercenda. Subditi verò *Obedientia subditorum erga Præpositum.*
tum propter ingentes ordinis utilitates, tum
propter numquàm satis laudatum humilitatis
assiduum exercitium, Præposito in omnibus
ad institutum Societatis pertinentibus parere
semper teneantur; & in illo Christum, veluti
præsentem agnoscant, & quantum decet, ve-
nerentur. Cùm autẽ experti fuerimus jucun-
diorem, puriorem, & ad proximi ædificatio-
nem aptiorem esse vitam ab omni avaritiæ
contagione quàm remotissimam, & Euange-
licæ paupertati quàm simillimam, cumque
sciamus Dominũ nostrum IESVM CHRISTVM
servis suis regnum Dei solum inquirentibus
necessaria ad victum & vestitum esse submi-
nistraturum; voveant singuli & universi per-
petuam Paupertatem, declarantes, quòd non *Votum paupertatis.*
solùm privatim, sed neque etiam cõmuniter
possint pro Societatis sustentatione, aut usu,
ad bona aliqua stabilia, aut ad proventus, seu
introitus aliquos, jus aliquod civile acquire-
re: sed sint contenti usum tantùm rerum sibi
donatarum ad necessaria sibi comparanda
reci-

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

De Collegiis, & eorum reditibus.

recipere. Poſſint tamen habere in univerſitatibus Collegium, ſeu Collegia habentia reditus, cenſus, ſeu poſſeſſiones, uſibus & neceſſitatibus ſtudentium applicandas: retentâ penes Præpoſitum & Societatem omnimodâ gubernatione, ſeu ſuperintendentiâ ſuper dicta Collegia, & prædictos ſtudentes, quoad gubernatoris, ſeu gubernatorum, ac ſtudentium electionem, ac eorumdem admiſſionem, emiſſionem, receptionem, excluſionem, ſtatutorum ordinationem, circa ſtudentium inſtructionem, eruditionem, ædificationem, ac correctionem, victus veſtituſque eis miniſtrandi modum, atque aliam omnimodam gubernationem, regimen, ac curam: ſic tamen, ut neque ſtudentes dictis bonis abuti, neque Societas in proprios uſus convertere poſſint, ſed ſtudentium neceſſitati ſubvenire. Qui quidem poſt cognitum in ſpiritu & litteris eorum profectum, & poſt ſufficientem probationem, in Societatem noſtram admitti poſſint. Socii omnes quicunque in ſacris fuerint, quamvis beneficia Eccleſiaſtica, aut eorum reditus non habeant, teneantur tamen ſinguli privatim ac particulariter, & non communiter, ad dicendū officium ſecundùm Eccleſiæ ritum. Hæc ſunt, quæ ſub præfati Domini noſtri PAVLI, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito, de noſtrâ profeſſione, typo quodam explicare potuimus. Quod nunc feci-

De divino officio recitando.

mus,

UVA. BHSC. BU 06252

mus, ut ſummatim ſcriptione hac informa- PAVLI
remus tum illos, qui nos de noſtro vitæ in- III.
ſtituto interrogant, tum etiam poſteros noſtros, ſi quos, Deo volente, imitatores unquam habebimus hujus viæ: quam cùm multas magnaſque habere annexas difficultates fuerimus experti, opportunum judicavimus etiam ſtatuere, ne quis in hac Societate recipiatur, *Admittendi probentur.*
niſi diu ac diligentiſſimè fuerit probatus: cumque prudens in Chriſto, & vel doctrinâ, ſeu vitæ Chriſtianæ puritate apparuerit conſpicuus, tunc demum admittatur ad IESV CHRISTI militiam, qui tenuibus cœptis noſtris favere dignetur ad gloriam Dei Patris, cui ſoli ſit ſemper decus, & honor in ſæcula, Amen. Cùm autem nil in præmiſſis repe- *Confirmatio Inſtituti.*
riatur, quod pium non ſit, aut ſanctum; Nos, ut iidem Socii, qui nobis ſuper hoc humillimè ſupplicari fecerunt, in eorum pio vivendi propoſito eò promptiores exiſtant, quò ſe majori Sedis Apoſtolicæ gratiâ complecti cognorint, & præmiſſa per nos approbari viderint; præmiſſa omnia, & ſingula tamquàm ad ſpiritualem profectum eorumdem Sociorum, & reliqui Chriſtiani gregis opportuna, Apoſtolicâ auctoritate, tenore præſentium ex certâ ſcientiâ approbamus, confirmamus, & benedicimus, ac perpetuæ firmitatis munimine roboramus; ipſoſque ſocios ſub noſtrâ, & hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ

prote-

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

Facultas condendi Constitutiones.

protectione susci pimus: Eis nihilominùs concedentes, quòd particulares inter eos Constitutiones, quas ad Societatis hujusmodi finem, & IESV CHRISTI Domini nostri gloriam, ac proximi utilitatem conformes esse judicaverint, condere liberè & licitè valeant. Non obstantibus generalis Concilii, & felicis recordationis GREGORII Papæ X. prædecessoris nostri, ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quòd in Societate hujusmodi, usque ad numerum sexaginta personarum, normulam vivendi hujusmodi profiteri cupientium, & non ultra admitti, & Societati præfatæ aggregari dumtaxat valeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, benedictionis, roborationis, susceptionis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Marcum, anno Incarnationis Dominicæ, M.D.XL. V. Kal. Octob. Pontificatus nostri anno sexto.

Restrictio personarum ad sexaginta.

Blo.

BVL-

UVA. BHSC. BU 06252

BVLLA II.

FACVLTAS

Quosvis idoneos ad Societatem IESV;

Sine restrictione numeri admittendi, & Constitutiones condendi.

ANNO M.D. XLIII.

PAVLVS Episcopus servus servorum Dei; ad perpetuam rei memoriam. Injunctum nobis desuper Apostolicæ servitutis officium dignè peragere credimus, si ad ea solitæ benignitatis extendimus affectum, per quæ religionis succrescat incrementum, fideique orthodoxæ dilatatio ad divini nominis laudem subsequi speretur. Cùm itaque nos aliàs, postquàm dilecti filii Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Iacobus Laynez, & Claudius Iaius, necnon Paschasius Broët, & Franciscus Xavier, ac Alfonsus Salmeron, & Simon Rodericus, necnon Ioannes Coduri, & Nicolaus de Bobadilla, Socii Societatis IESV nuncupatæ Presbyteri Pampilon. Gebenn. Seguntin. Toletan. Visen. Ebredun.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

dun. & Palentin. civitatum & diœceſeon reſpectivè, in Artibus magiſtri, & in Vniverſitate Pariſienſi graduati, ac in Theologicis ſtudiis per plures annos exercitati, Spiritu ſancto, ut piè creditur, afflati, jamdudum è diverſis mundi regionibus diſcedentes in unum convenerant, & Socii effecti, eorum vitam perpetuò ejuſdem Domini noſtri IESV Chriſti, atque noſtro & aliorum Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum ſervitio dedicarant; & cùm ad hanc almam Vrbem ſe contuliſſent ad perficiendam, & conſervandam eorum Societatis in Chriſto unionem, quamdam vivendi formulam ediderant, inter alia continentem, Quòd quicumque in eorum Societate prædictâ vellet ſub crucis vexillo Deo militare, & ſoli Domino, & Romano Pontifici ejus in terris Vicario ſervire, poſt ſolemne perpetuæ caſtitatis votum proponeret ſibi in animo, ſe partem eſſe Societatis, ad id potiſſimùm inſtitutæ, ut ad profectum animarum in vitâ & doctrinâ Chriſtianâ, & ad fidei propagationem, per publicas prædicationes, & verbi Dei miniſterium, ac ſpiritualia exercitia, & caritatis opera præcipuè intenderet; curaretque primò Deum, deinde hujus ſui inſtituti rationem (quæ via eſt ad illum) ſemper ante oculos habere, & finem hunc à Deo propoſitum totis viribus aſſequi: unuſquiſque tamen ſecundùm gratiam ſibi à Spi-

Summa præcedentis approbationis.

ritu

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

ritu ſancto ſubminiſtratam, & vocationis proprium gradum, cujus proprii cujuſque gradus judicium, & officiorum diſcretio, ac diſtributio tota eſſet in manu Præpoſiti, ſeu Prælati per eos eligendi: ſciretque, & quotidie animo volveret, Societatem prædictam, & ejus ſingulos ſub Romani Pōtificis fideli obedientiâ Deo militare; & ad majorem Societatis humilitatem, & perfectam uniuſçujuſque mortificationem, & propriæ voluntatis abnegationem, ſe ultra commune vinculum, ſpeciali vinculo aſtringere, ut quidquid Romanus Pontifex pro tempore exiſtens juſſiſſet ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, etiamſi eum ad quaſcumque Provincias mittere vellet, illicò, quantum in eo eſſet, exequi teneretur, ſive eum mittere ad Turcas, ſive ad quoſcumque alios infideles: voveretque perpetuam paupertatem, ita ut non ſolùm ipſe privatim, ſed nec etiam Societas ipſa communiter poſſet pro Societatis ſuſtentatione, aut uſu ad bona aliqua ſtabilia, aut proventus, ſeu introitus aliquos jus aliquod civile acquirere: ſed eſſent contenti uſum tantùm rerum ſibi donatarum ad neceſſaria ſibi comparanda recipere: poſſent tamen habere in Vniverſitatibus Collegium, ſeu Collegia habentia cenſus, reditus, & poſſeſſiones, uſibus & neceſſitatibus ſtudentium applicandos, retentâ penes Præpoſitum, & Societatem omni-

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

modâ gubernatione, ſeu ſuperintendentiâ ſuper dicta Collegia & prædictos ſtudentes; quoad gubernatoris, ſeu gubernatorum, ac ſtudentium electionem, ac eorum admiſſionem, emiſſionem, receptionem, excluſionem, ſtatutorum ordinationem, & circa ſtudentium inſtructionem, eruditionem, ædificationem, & correctionem, victus, veſtituſque eis miniſtrandi modum, & aliam omnimodam gubernationem, regimen, & curam: ſic tamen ut nec ſtudentes dictis bonis abuti, nec Societas ea in proprios uſus convertere poſſent. Præmiſſa omnia, & ſingula per alias noſtras litteras ex certâ ſcientiâ approbaverimus, confirmaverimus, & benedixerimus, ac perpetuæ firmitatis munimine roboraverimus, ipſoſque Socios ſub noſtrâ & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſceperimus; eis nihilominùs concedentes, quòd particulares inter eos Conſtitutiones, quas ad Societatis hujuſmodi finem, & IESV Chriſti Domini noſtri gloriam, & proximi utilitatem conformes eſſe judicaſſent, condere liberè & licitè valerent, prout in eiſdem litteris (in quibus voluimus, quòd in Societate hujuſmodi uſque ad numerum ſexaginta perſonarum, normulam eamdem profiteri volentium, & non ultra, admitti, & Societati præfatæ aggregari poſſent) pleniùs continetur. Et, ſicut Ignatius Præpoſitus, & alii Socii præfati nobis nuper exponi fecerunt (Spiritu ſancto in

dies

UVA. BHSC. BU 06252

dies cooperante) plures fideles in Pariſienſi, & aliis ſtudiorum generalium Vniverſitatibus actu ſtudeant, qui normulam vivendi hujuſmodi profiteri cupiunt; nec, ſtante voluntate noſtrâ prædictâ, vltra dictum numerum ad id admitti poſſint: Quare pro parte Ignatii Præpoſiti, & aliorum Sociorum prædictorũ, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur ad eorumdem Ignatii Præpoſiti, & Sociorum piam vitam, &bonorum operum exemplum attendentes; eorum, & dictorum ſtudentium piis deſideriis annuentes, ac ipſorum, & cunctorum Chriſti fidelium animarum ſalutem zelantes, ipſoſque Ignatium Præpoſitum, & Socios, ac eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem Ignatio Præpoſito, & Sociis, quòd quoſlibet fideles, qui probationes in eadem formulâ, ſub certis Conſtitutionibus per ipſam Societatem factis, ſeu in poſterum faciendis, contentas, pro tempore fecerint, quotquot fuerint, ad Societatem hujuſmodi liberè admittere,

PAVLI III.

Facultas admittendi quoslibet juxta Conſtitutiones.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

mittere, & eorũ Societati hujusmodi, sub votis per Socios ejusdem Societatis emitti solitis, aggregare possint, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, ex certâ scientiâ concedimus: ac quod quascumq; inter eos Constitutiones particulares, quas ad Societatis hujusmodi finem, & IESV Christi Domini nostri gloriã, ac proximi utilitatem conformes esse judicaverint, cõdere; & tam hactenus factas, quàm in posterum faciendas Cõstitutiones ipsas, juxta locorum, & temporum, ac rerum qualitatẽ, & varietatẽ mutare, alterare, seu in totum cassare, & alias de novo condere possint & valeant; quæ postquam mutatæ, alteratæ, seu de novo conditæ fuerint, eo ipso Apostolicâ auctoritate præfatâ, confirmatæ censeantur, eadẽ Apostolicâ auctoritate, de speciali gratia indulgemus. Quocircâ venerabilibus fratribus nostris Cæsennat. & Albiganen. ac Parentin. Episcopis, per Apostolica scripta mãdamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, eisdẽ Præposito & Sociis, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra, eos concessione & indulto hujusmodi pacificè gaudere, nõ permittentes eos desuper per quoscumq; contra præsentium tenorem quomodolibet molestari; contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, auctoritate nostra (appellatione postposita) compescendo, invo-

Facultas cõdendi, & mutandi Constitutiones.

Iudices qui assistant.

UVA. BHSC. BU 06252

invocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis. NON obſtantibus voluntate noſtra prædicta, ac quibuſvis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus aliis, quæ in dictis litteris noſtris voluimus non obſtare, cõtrariis quibuſcumque; aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultũ quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mẽtionem. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Epiſcopi, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ubique locorum eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. NVLLI ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurũ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo quadrageſimo tertio, pridie Idus Martii, Pontificatus noſtri anno decimo.

PAVLI III.

Fides habeatur tranſumptis.

L. Torres. Ie. Lambertus.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

BREVE I.

FACVLTATES

Concionandi, confessiones audiendi, absolvendi, & vota commutandi, &c.

ANNO M.D. XLV.

Dilectis Filiis, moderno, & pro tempore existenti Præposito, & sociis Societatis IESV, *in almâ Vrbe nostrâ canonicè institutæ.*

PAVLVS PAPA III.

DILECTI Filii Salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum inter cunctas sollicitudines nostras, quibus nos premit pastorale officium, illa sit præcipua, ut gregi Dominico nobis supernâ dispositione commisso, animarum cura non desit; ne illum antiquus serpens, humano generi inimicus, indefensum & impræparatum invadat. Attendentes igitur ad fructus uberes, quos in domo Domini hactenus

Societatis fructus commendantur.

nus

UVA. BHSC. BU 06252

nus produxistis, & producere non definitis, vestra religione, integritate, scientiâ, doctrinâ, moribus, & experientiâ, plurimùm in Domino confidentes, vobis, quos aliàs, Societatem vestram de IESV approbando, confirmando, & benedicendo, ac perpetuæ firmitatis munimine roborando, sub nostrâ & Apostolicæ Sedis protectione suscepimus; & cuilibet vestrùm, qui ad hoc idoneus repertus, & per vestræ Societatis Præpositum pro tempore existentem deputatus fuerit, in quibusvis Ecclesiis, & locis, ac plateis communibus, seu publicis, & aliàs ubique locorum clero, & populo verbum Dei prædicandi, proponendi, & interpretandi; ac eos viam veritatis edocendi, & ad bene beateque viven-dum, ita, ut in vobis verbo pariter & exemplo ædificentur, in Domino hortandi, admonendi; nec non illis ex vobis, qui Presbyteri fuerint, quorumcumque utriusque sexus Christi fidelium, ad vos undecumque accedentium confessiones audiendi, & confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcumque gravibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, & à quibusvis, ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bullâ, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi) absolvendi, ac

PAVLI III.

Facultas ubique prædicandi.

Facultas confessiones audiendi, & ab omnibus casibus qui non sunt in Bullâ Cœnæ Domini absolvendi.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

ac eis pro commissis pœnitentiam salutarem injungendi, nec non vota quæcumque per eos, pro tempore emissa (ultramarinis, visitationis liminum Beatorum Petri & Pauli Apostolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostellâ, nec non religionis, & castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi: Ac Missas ante diem, circa tamen diurnam lucem, & etiam infra horam post meridiem, quando, & quoties, stante legitimo impedimento, moderno, & pro tempore existenti Præposito vestro præfato id necessarium, vel aliàs in Domino expedire visum fuerit, celebrandi: Et post, seu ante illarum celebrationem, aut aliàs, Christi fidelibus ipsis Eucharistiæ, & alia Ecclesiastica Sacramenta, sine alicujus præjudicio, ministrandi diœcesanorum locorum, rectorum parochialium, & aliarum Ecclesiarum, aut quorumvis aliorum licentiâ desuper minimè requisitâ: ac horas canonicas diurnas pariter & nocturnas, secundùm usum Romanæ Ecclesiæ noviter editum dicendi & recitandi, ita quòd ad alium usum observandum, seu officium dicendum minimè teneamini, plenam & liberam facultatem auctoritate Apostolicâ per præsentes ad nostrum & Sedis Apostolicæ beneplacitum concedimus. Quocircà universis, & singulis locorum Ordinariis, eorum Vicariis, & aliis Superioribus mandamus, quatenus ipsi, vel duo,

Facultas vota, exceptis tantùm quinque, cõmutandi.

Facultas ante diem, & post meridiẽ celebrandi.

Facultas ministrandi Sacramenta.

Facultas officium Roman. novum dicendi.

UVA. BHSC. BU 06252

duo, aut unus eorum, si, & postquàm præsentes litteræ eis intimatæ fuerint, ac quoties pro parte alicujus ex vobis quilibet eorum fuerit requisitus, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant easdem præsentes, ac in eis contenta quæcumque firmiter observari; nec permittant quemlibet ex vobis, super præmissis, & eorum singulis, per quoscumque desuper quomodolibet molestari, impediri, aut inquietari: contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia juris remedia (appellatione postpositâ) compescendo. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & ordinationibus, ac prohibitionibus, & litteris Apostolicis, etiam per Sixtum Quartum in capitulo, *Et si dominici*, & alios Romanos Pontifices, prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam consistorialiter editis & factis, quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus, pro expressis habentes, ad hujusmodi effectum, pro hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, & derogatum esse decernimus; ceterisque contrariis quibuscumque. Volentes etiam, & eadem auctoritate Apostolicâ decernentes, quòd præsentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & alicujus Prælati, aut personę in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ sigillo munitis eadem fides ubique locorum,

PAVLI III.

Iudices qui assistant.

Transumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

rum, in judicio & extra illud, prorſus adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Sic igitur, Filii, his vobis conceſſis facultatibus ad omnipotentis Dei honorem, & animarum ſalutem efficaciter, ſicque diligenter ut ſtudeatis; quòd per ſollicitudinis veſtræ ſolertiam, Catholicæ pietatis fructus proveniant; voſque exinde apud Deum & homines non immeritò commendemini. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die tertiâ Iunii, M. D. XLV. Pontificatus noſtri anno undecimo.

Exhortatio Pontificis.

Blo. el. Fulgin.

PAV-

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

FACVLTAS

Coadjutores admittendi, qui poſſint, etiam ad ſacros ordines promoveri, &c.

ANNO M. D. XLVI.

Dilectis Filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Præpoſito Generali, & ſociis Societatis IESV, *in almâ Vrbe noſtrâ canonicè inſtitutæ.*

PAVLVS PAPA III.

DILECTI Filii Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quòd vos ob penuriam cooperatorum, perſonis, quæ tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus rebus & officiis veſtris domeſticis vos coadjuvent, indigetis. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut vobis, quòd ſacerdotibus, qui vos in ſpiritualibus, & perſonis ſæcularibus, quæ vos in temporalibus & officiis

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

ciis prædictis coadjuvent, uti poſſitis; licentiam & facultatem concedere, aliasque vobis, & ſtatui veſtro in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, quòd de cetero Sacerdotibus, qui vos in ſpiritualibus, & perſonis ſæcularibus, quæ vos in temporalibus & officiis veſtris domeſticis coadjuvent, uti poſſitis; ipſíque Coadiutores tam Sacerdotes, quàm perſonæ ſæculares, peractis experientiis, & probationibus, per Conſtitutiones veſtras requiſitis, ad majorem eorum devotionem, & amplius meritum, vota paupertatis, & caſtitatis, ac etiam obedientię; ita, ut ad illa ſervanda, pro eo tempore, quo tu, fili Præpoſite, & qui pro tempore fuerint ejuſdem Societatis Præpoſiti, eis in miniſterio ſpirituali, vel temporali utendum judicaveritis, & non ultra, aſtringantur; nec propterea ad aliquam ſolemnem profeſſionem emittendam teneantur, neque ad eam aliter admittantur, emittere: ac ipſi Coadjutores ad omnes, etiam ſacros, & Presbyteratus ordines de licentiâ tui, fili Prępoſite Generalis, ſi aliàs idonei fuerint, promoveri valeant: ſintque omnes, & ſinguli eorum, omnium bonorũ operum, quæ in dictâ Societate fient, ac meritorũ illius participes, & illis plenè gaudeant, prout alii dictæ Societatis Profeſſi participant, & gaudent; quodq; tu fili Præpoſite, & pro tempore

Admitti poſſunt Coadjutores ſpirituales, ac temporales.

Tria vota Coadjutorum juxta conſtitutiones.

Coadjutores ad ſacros ordines promoveri poſſunt & ſunt participes meritorum, quibus gaudent Profeſſi.

UVA. BHSC. BU 06252

pore existens Præpositus Societatis hujusmodi, de cetero perpetuis futuris temporibus, viginti dumtaxat, ex eisdem Presbyteris Coadjutoribus, quos ad id idoneos inveneritis, & quando tibi, seu eidem pro tempore existenti Præposito placuerit, easdem facultates, gratias, & auctoritatem, quas Professis Societatis hujusmodi concedere potes, seu per nos vobis quomodolibet concessæ existunt, in toto vel in parte liberè concedere, ac alios Præpositos, seu Vicarios tuos, tam provinciales, quàm locales, cum facultate quoscumque ad Societatem prędictã confluentes, ad probationem hujusmodi recipiendi, & ad vota prædicta, non tamen dictam professionem solemnem, quæ Romæ dumtaxat fieri possit, & debeat, admittendi, creare & deputare liberè & licitè valeatis; plenam & liberam Apostolicâ auctoritate tenore præsentium concedimus licentiam & facultatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac vestris, etiam juramento, confirmatione apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis regularibus institutis, ac omnibus illis, quæ in litteris confirmationis Societatis hujusmodi voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutę munitis,

PAVLI III.

Viginti tantum Coadjutoribus facultates Professorum concedi possunt.

Facultas recipiendi Coadjutores, quibus communicetur.

Solemnis professio tantum Romæ facienda.

Transumtis fides habeatur.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

tis, ubique locorum ea prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die v. Iunii, M. D. XLVI. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Blo. el. Fulgin.

PAVLI III.
Approbatio Exercitiorum.
ANNO M. D. XLVIII.

PAVLVS PAPA III.

Ad perpetuam rei memoriam.

PAſtoralis officii cura, in univerſum Chriſti gregem nobis commiſſa, & divinæ gloriæ ac laudis amor facit, ut ea quæ ſalutem animarum, & ſpiritualem earum profectum juvant, amplectentes, vota eorum qui aliquid, quod fovere & nutrire pietatem in Chriſti fidelibus valeat, à nobis expoſcunt, ad exauditionis gratiam admittamus. Cùm ergo (ſicut dilectus filius, nobilis vir, Franciſcus de Borgiâ, Dux Gandiæ, nobis nuper exponi fecit) dilectus filius Ignatius de Loyolâ, Præpoſitus Generalis Societatis IESV, per nos in almâ Vrbe noſtrâ erectæ, & per nos auctoritate Apoſtolicâ confirmatæ; quædam documenta,

UVA. BHSC. BU 06252

menta, ſive exercitia ſpiritualia, ex ſacris Scri- PAVLI
pturis, & vitæ ſpiritualis experimentis elicita, III.
compoſuerit, & in ordinem, ad piè movendos
fidelium animos, aptiſſimum redegerit; illaque
Chriſti fidelibus, ad ſpiritualem conſolatio-
nem, & profectum magnoperè utilia & ſalu-
bria eſſe, non ſolùm famâ, ex plurimis locis al-
latâ, prædictus Franciſcus Dux didicerit; ſed
etiam experimento manifeſto, cùm Barcino-
ne, tum Valentiæ, tum Gandiæ, id compertum
habuerit. Quare idem Franciſcus Dux nobis
humiliter ſupplicari fecit, ut documenta & ſpi-
ritualia exercitia prædicta, quò latiùs eorum
fructus pateat, & plures Chriſti fideles, majori
cum devotione ad utendum illis invitentur,
examinari facere: &, ſi approbatione & laude
digna inveniremus, approbare & laudare,
aliaſque in præmiſſis opportunè providere de
benignitate Apoſtolicâ, dignaremur. Nos igi-
tur, qui documenta & Exercitia hujuſmodi
examinari fecimus, & quæ teſtimonio ac rela-
tione dilecti filii noſtri Ioannis Tit. S. Clemen-
tis, Preſbyteri Cardinalis, Burgenſis Epiſcopi,
ac hæreticæ pravitatis Inquiſitoris, & venera-
bilis fratris noſtri Philippi Saluciarum Epi-
ſcopi, ac dictæ urbis noſtræ in ſpiritualibus
Vicarii generalis, nec non dilecti filii Ægidii
Foſcararii, noſtri Sacri Palatii Magiſtri, nobis
deſuper factâ, pietate ac ſanctitate plena, & ad
ædificationem & ſpiritualem profectum fide-

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

lium valdè utilia & ſalubria eſſe & fore comperimus; debitum etiam reſpectum ad fructus uberes, quos Ignatius, & ab ipſo inſtituta Societas præfata, in Eccleſiâ Dei ubique gentium producere non ceſſant, & ad maximum adjumentum, quod ad id prædicta Exercitia attulerunt, non immeritò habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, documenta & Exercitia prædicta, ac omnia & ſingula in eis contenta, auctoritate prædictâ, tenore præſentium, ex certâ ſcientii noſtra, approbamus, collaudamus, ac præſentis ſcripti patrocinio, communimus: hortantes plurimùm in Domino, omnes & ſingulos, utriuſque ſexus, Chriſti fideles ubilibet conſtitutos, ut tam piis documentis & Exercitiis uti, & illis inſtrui devotè velint. Nec non concedentes, ut hujuſmodi documenta, & ſpiritualia Exercitia imprimi, à quocumque bibliopolâ per prædictum Ignatium eligendo, liberè & licitè valeant. Ita tamen, ut poſt primam editionem, ſine conſenſu ejuſdem Ignatii, vel ſucceſſorum ejus, nec ab hoc, nec ab alio omnino, ſub excommunicationis, & 500. ducatorum piis operibus applicandorum pœnâ imprimi poſſint, Ac mandantes nihilominùs univerſis & ſingulis locorum ordinariis, ac perſonis in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutis, & cathedralium, ac metropolitanarum Eccleſiarum Canonicis, & earumdem ordinariorum Vicariis, in ſpiritualibus,

UVA. BHSC. BU 06252

bus, generalibus, & officialibus ubilibet con- PAVLI
ſtitutis, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, III.
per ſe, vel alium, ſeu alios, cuivis de Societate prædictâ, vel aliis quorum intererit, in præmiſſis ſpiritualibus Exercitiis, efficacis defenſionis præſidio aſiſtentes; faciant auctoritate noſtrâ, illos dictâ conceſſione & approbatione pacificè frui & gaudere: non permittentes eos, per quoſcumque, contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari: contradictores quoſlibet & rebelles, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo: invocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſæcularis. Non obſtan. fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de unâ, & Concilii generalis de duabus diebus, dummodò ultra tres aliquis auctoritate præſentium non trahatur; & quibuſvis aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quòd præſentium litterarum tranſumptis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ, munitis,

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III. plena fides ubique habeatur, & illis ſtetur, tam in judicio, quàm extra, ac ſi originales litteræ exhiberentur & oſtenderentur. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, ſub annulo piſcatoris, die ultimo Iulii, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo, Pontificatus noſtri anno XIV.

Blo. El. Fulginen.

PAVLI III.

PRIVILEGIA

Plurima ad Societatis regimen, & miniſteria.

ANNO M. D. XLIX.

PAVLVS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Licet debitum paſtoralis officii omnibus regularem vitam ducentibus, ut in ſuis diſciplinis, & laudabilibus inſtitutis conſerventur, & augeantur, nos reddat favorabiles & benignos; ad Societatem verò de IESV, per nos inſtitutam & approbatam, cujus ſpecimen, veluti ager fertilis in Domino multiplices atque uberes fructus animarum, ad ſummi Regis laudem, & fidei incrementum attulit, & affert quotidie verbo & exem-

UVA. BHSC. BU 06252

exemplo in populo Christiano, dirigentes præcipuè velut pius pater oculos mentis nostræ, dignum censemus, ut ipsam Societatem, ejusque in odorem suavitatis Altissimo deservientes personas, specialibus favoribus prosequamur, illaque sibi favorabiliter concedamus, per quæ Societas ipsa utiliter regi, & prosperè dirigi, ac ad animarum auxilium fideliter in Domino procedere valeat. Hinc est, quòd nos dilectorum filiorum Ignatii de Loyolâ moderni Præpositi Generalis, & aliorum Sociorum ejusdem ordinis supplicationibus inclinati, sibi, ut Præpositus Generalis dictæ Societatis, pro tempore existens, cùm primùm juxta Constitutiones ejusdem Societatis in illius Præpositum electus fuerit, eo ipso verus ipsius Religionis Generalis Præpositus, cum liberâ, generali, & omnimodâ curâ, & administratione omnium & singulorum, ad felix regimen, & prosperam directionem dictæ Societatis spectantium & pertinentium, sit & esse censeatur; ac suum Præpositi officium, in omnibus exercere incipiat, ac plenam in universos ejusdem Societatis Socios & personas sub ejus obedientiâ degentes, ubilibet commorantes, etiam exemptos, etiam quascumque facultates habentes, suam jurisdictionem exerceat; possitque & debeat dictus Præpositus per personas ad id à dictâ Societate facultatem habentes, & ad id deputatas, in certis casi-

PAVLI III.

Plena est administratio Præpositi Gen. post electionem.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

bus juxta dictas Constitutiones amoveri, & alius ipsius loco, per easdem personas substitui, & aliàs, prout personæ deputatæ prædictæ id in Domino conspexerint salubriter expedire, ac ipsemet Præpositus pro tempore existens ire, & suos quocumque locorum, etiam inter infideles, cùm expedire in Domino judicabit, mittere, ac revocare, & per Nos, ac successores nostros, ad locum aliquem missos sine temporis certi limitatione, cùm id expedire ad Dei gloriam, & animarum auxilium visum erit (super quo conscientiam dicti Præpositi oneramus) ad alia loca transmittere liberè & licitè valeat; qui ubicumque morari contingat, ad nutum nostrum & Romani Pontificis pro tempore existentis, ad Sedem Apostolicam, seu quò oportuerit, & sibi per dictam Sedem injunctum fuerit, juxta ipsius Societatis professionem, venire debeant, concedimus: ac volumus, statuimus, & ordinamus, quòd Præpositus, absque Societatis, & aliquis ex Sociis hujusmodi absque dicti Præpositi consensu, & expressâ licentiâ electioni, seu provisioni de illius personâ in Episcopum, Archiepiscopum, aut aliam quamcumque dignitatem, per quemcumque Principem, vel quodcumque Capitulum, aut alias quascumque personas, ad id auctoritatem habentes, pro tempore factæ, consentire, aut ad illam admitti, seu alicujus prælationis, & dignitatis in eadem Societate,

Potest Præpositus non numquam amoveri.

Præpositi circa missiones potestas.

Dignitas acceptari non potest absque facultate.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

si eam occultâ, aut manifestâ ambitione quæsisse convincetur, capax esse nullatenus possit: quodque à correctione regulæ Societatis hujusmodi secundùm ordinationes factæ (ut vigor disciplinæ meliùs conservetur) appellari, aut talis appellatio per ullum Iudicem admitti, seu ab officiis absolutio, aut privatio peti non possint: & tam Generalis, quàm alii inferiores Præpositi ejusdem Societatis fratres, seu Socios dictæ Societatis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, seu aliis Ecclesiarum Prælatis, & personis, in socios, aut aliàs ad ullum eorum ministerium deputare minimè teneantur, nisi auctoritate litterarum ejusdem Sedis, de Societate & indulto hujusmodi expressam facientium mentionem; & si quos deputare contingeret, nihilominùs sub ordinis correctione existant, & cùm expedire judicabunt, eosdem removere possint: Illos verò ex fratribus seu Sociis prædictis, qui ad prædicandum crucem, vel ad inquirendum contra hæreticam pravitatem, seu ad alia similia negotia deputati fuerint, Ignatius, & alii illius successores Præpositi Generales dictæ Societatis pro tempore existentes, removere seu revocare, & transferre, ipsique quòd supersedeant injungere, ac alios illorum loco substituere, cùm expedire viderint, libere & licite valeant: Ac eisdem Ignatio, & aliis Generalibus Præpositis pro tempore existentibus, ut

Ambitiosus in Societate non est capax dignitatis.

A correctione regulæ non potest appellari.

Superiores non tenentur aliquem ad Prælati cujusquam ministerium deputare.

Transferrè possunt deputati ad certa negotia.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

per se, vel alios ad id per eos pro tempore deputatos, omnesque & singulos ejusdem Societatis Socios, & personas sub eorum obedientiâ, disciplinâ, & correctione, pro tempore degentes, ab omnibus & singulis eorum peccatis ante vel post ingressum in dictam Societatem, per eos commissis, necnon à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis & sæcularibus sententiis, censuris, pœnis à jure vel ab homine quomodolibet latis & promulgatis, & hujusmodi sententiis innodatos, aut in locis suppositis Ecclesiastico interdicto, divina officia celebrantes, & suscipientes ordines, sic ligatos, & propterea irregularitatem incurrentes, absolvere, ac cum eis, cùm dispensatione eguerint, dispensare possint; nisi excessus absolvendorum & dispensandorum hujusmodi adeò graves & enormes fuerint, quòd sint ad Sedem Apostolicam meritò remittendi: & ne sæpè in dubium revocetur, qui sint ad Sedem prædictam destinandi, declarationem in eâ parte, per fel. rec. Sixtum Papam Quartum prædecessorem nostrum, in Bullâ, quam *Mare magnum* vocant, factam, confirmamus. Volumus autem, quòd postquàm Societati & consortio hujusmodi aggregari volentes, absoluti, & cum eis, ut præfertur, dispensatum fuerit, nisi mox ordinem intrare, & peractis experientiis secundùm Constitutiones dictæ Societatis, vota emitte-

re

Præpositus per se, vel alios, potest omnes suos absolvere, & circa irregulares dispensare, nisi sint casus enormes juxta Bullam Sixti IV.

In censuras reincidunt absoluti, nisi mox intrent Societatem, & vota emittere paratí sint.

UVA. BHSC. BU 06252

re parati sint, etiam si super hoc induciæ eis à Prælatis ejusdèm Societatis concedantur, eo ipso in pristinas sententias, à quibus eos totaliter absolvi contigerit, relabantur & reincidant: Nec non quòd quilibet ex sociis Societatis hujusmodi peccata sua proprio Præposito, vel ab eo deputato seu deputatis, & aliàs secundum ordinationes Societatis prædictæ designatis, confiteri debeat; nisi super hoc à dicto Præposito alium Confessorem eligendi facultatem habuerit: Ac inhibemus ne quis post emissa vota secundùm Constitutiones prædictas, sive Professus, sive Scholaris, sive Coadjutor Societatis hujusmodi sit, ad quemvis alium ordinem etiam per Sedem prædictam approbatum, (Carthusiensium dumtaxat excepto) nisi de expressâ ipsius Præpositi aut dictæ Sedis licentiâ transferri; egressi verò aliàs, quàm ut præfertur, de ordine, seu consortio hujusmodi, in nullo alio, præterquàm Carthusiensium præfato ordine, admitti, recipi, vel retineri possint; ipsique Generalis & alii inferiores Præpositi, per se vel alios, illos sic egressos, ac alios quoscumque dictæ Societatis apostatas, ut etiam alios quosvis insolentes, & qui id mereri videbuntur, in quocumque habitu apostatas prædictos contigerit inveniri, excommunicare, capere, incarcerare, & aliàs suæ disciplinæ submittere; & ad id, si opus fuerit, auxilium brachii sæcularis in-

PAVLI III.

Personæ Societatis cui debeant confiteri.

Qui vota emiserint, aliorum ordinem, præter Carthusiensium, ingredi non possunt.

Apostatæ, & insolentes coërceri possunt.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

vocare libere & licite valeant: Ipsamque Societatem, & universos illius Socios & personas, illorumque bona quæcumque ab omni superioritate, jurisdictione, correctione quorumcumque Ordinariorum eximimus & liberamus, ac sub nostrâ & præfatæ Sedis protectione suscipimus: Liceatque Præpositis, & de eorum etiam facultate universis fratribus & Sociis Societatis hujusmodi in Presbyteratus ordine constitutis, in locis in quibus degunt, & eos pro tempore morari contigerit, habere Oratoria; & in eis, ac quocumque alio honesto & congruenti loco, in altari portatili, cum debitis reverentia & honore, etiam tempore Interdicti, quavis etiam Apostolica auctoritate appositi, januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, submissa voce Missas & alia divina officia celebrare, ac Ecclesiastica Sacramenta recipere, & aliis ministrare, dummodo ipsi caussam non dederint interdicto, nec contingat id ipsis specialiter interdici. Iis verò, qui in ipsorum Præpositorum & Sociorum morantur obsequiis, cuncta liberè ministrare possint Ecclesiastica Sacramenta; & ipsos, cùm decedunt, in eorum cœmeteriis sepelire. Si quando in terris in quibus Socii prædicti, vel eorum aliqui, pro tempore resederint, vel in earum personas Excommunicationis, seu Interdicti sententias contigerit promulgari, pueri seu familiares eorumdem Socio-

Personæ ac bona Societatis eximuntur.

Presbyteri habere possunt oratoria, & usum altaris portatilis.

Interdicti tempore celebrare, ac Sacramenta ministrare licet Societati.

Familiaribus Societatis possunt ministrari Sacramenta & sepultura.

Interdicti tempore Divina possunt audire familiares, procuratores, & operarii Societatis.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

ciorum ſervitiis deputati, ac eorum & Societatis hujuſmodi negotiorum procuratores, & operarii hujuſmodi ſententiis obnoxii minime habeantur; ibique poſſint audire Divina; niſi eiſdem cauſſam dederint, vel ſpecialiter excommunicari ſeu interdici contigerit eoſdem. Nec ullis Prælatis, contra aliquem de prædictâ Societate, vel contra alios eorum cauſſâ, aliquam excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſententiam contra ejuſdem Societatis privilegia, per nos conceſſa (quorum interpretationem nobis, & Apoſtolicæ Sedi reſervamus) ferre liceat; & ſi tulerint, eo ipſo irrita, nulliuſque roboris vel momenti ſit & eſſe cenſeatur: ac omnes, & ſinguli alii Chriſti fideles, cujuſcumque conditionis exiſtant, qui verbi Dei concionibus ſeu prædicationibus Sociorum ſeu fratrum Societatis hujuſmodi, in eccleſiis ubi ipſi concionabuntur interfuerint, diebus hujuſmodi Miſſas & alia divina officia audire, & Eccleſiaſtica Sacramenta ibidem recipere, liberè & licitè valeant: nec ad id, ad proprias parochiales eccleſias accedere teneantur. Et quia ejuſdem Societatis fratres & Socios, de locis ad loca tranſferri contingit, propter quod ſtabilem & continuam in certis & determinatis Domibus manſionem habere non poſſunt, & in ipsâ Societate idoneos tantùm & comprobatos, ad ſacros ordines promoveri intelleximus, eidem Præpo-

Contra privilegia a Paulo III. conceſſa ferri non poſſunt ab ullo cenſuræ, nec dari eorum interpretatio.

Qui Societatis concionibus interſunt, Miſſas audire, & Sacramenta ibidem recipere poſſunt.

Volente Præpoſito poſſunt noſtri a quolibet Antiſtite in ſacris promoveri abſque promiſſione, & obligatione.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III. Præpoſito Generali, quòd ordinandos Socios & fratres hujuſmodi Societatis, quibuſcumque maluerit Catholicis Antiſtitibus gratiam & communionem dictæ Sedis habentibus præſentare, ipſiſque Antiſtitibus præſentatos hujuſmodi, abſque omni promiſſione vel obligatione ipſorum ordinandorum fratrum & Sociorum, ad omnes etiam ſacros & Presbyteratus ordines promovere. Et cùm ipſi Socii magnam patientes pro Chriſti nomine paupertatem, exhortationis pio ſtudio, bonos ad potiora dirigant, & errantes ad rectitudinis ſemitam laudabiliter revocare procurent; concedimus, ut in excommunicatorum, & hæreticorum, vel ſchiſmaticorum, vel infidelium terris liberè commorari, & cum eiſdem converſari, de licentiâ tamen Præpoſiti Generalis; & ab eis tunc, & etiam quando per ipſas illos tranſire contigerit, neceſſaria vitæ depoſcere ac recipere valeant. Quodque nullis ipſorum correctionis, ſeu viſitationis, vel inquiſitionis officium, monaſteriis, vel eccleſiis, ſeu quibuſcumque perſonis impendere, vel ad cognitiones cauſſarum, citationes partium, & denuntiationes ſententiarum interdicti, vel excommunicationum procedere, aut curam Monialium, ſeu religioſarum quarumlibet perſonarum recipere teneantur, per litteras Apoſtolicas impetratas, vel in poſterum impetrandas, niſi de hoc indulto & ordine Sociorum hujuſmodi,

In terris infidelium, & hæreticorum licet noſtris commorari de Præpoſiti licentiâ.

Noſtri non teneantur ullam ſuſcipere viſitationem iuſtitiæ, miniſtrationem, curamq; Monialium.

UVA. BHSC. BU 06252

modi, expreſſam facientes mentionem, auctoritate & tenore prædictis, de ſpeciali gratiâ indulgemus; Concedentes ipſis Sociis, ut de iis, quæ in ornamentis aut pro eis, aut libris, fabricâ, luminaribus, ſeu pro victu, vel indumentis eorum, nec non pro annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ Domus Societatis prædictæ obligatæ forſan exiſtant; ac de Domibus, & Collegiis, ac eorum prædiis, hortis, aliiſque locis eiſdem Sociis, juxta eorum vivendi inſtitutum, haberi conceſſis; aut de iis, quæ ſibi pro hujuſmodi rebus, Domibus, Collegiis, prædiis, locis, & hortis emendis per quaſcumque perſonas, pro tempore legari, aut relinqui contigerit, & aliis bonis quibuſcumque, per dictam Societatem & ipſius Collegia poſſeſſis & obtentis, aliquam decimam, etiam Papalem ſolvere; ſeu canonicam portionem exhibere, ſeu ad præſtationem procurationum Legatorum prædictæ Sedis, vel Nuntiorum ipſius, aut Ordinariorum locorum, aut exactionum, collectarum, ſeu ſubſidiorum, vel proviſionum quorumcumque minimè teneantur; nec ad id per litteras ejuſdem Sedis, aut Legatorum, vel Nuntiorum, ſeu diœceſanorum prædictorum, cujuſcumque tenoris fuerint, ullo unquam tempore compelli poſſint; niſi ipſæ litteræ Apoſtolicæ plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto & conceſſione hujuſmodi, ac de eorum ordi-

PAVLI III.

Non tenentur ſolvere bonorum ſuorum decimam, vel aliam dare contributionem, ſeu procurationem, non obſtante Apoſtol. conſtitutione.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

ordine mentionem fecerint. Et ſi fortè per Nos, vel dictam Sedem de piis legatis diſpoſitis & relictis, in genere vel ſpecie, decima, vel alia portio, ſeu quarta, alteri piæ, vel non piæ cauſſæ, quomodolibet hactenus conceſſa fuerit, vel illam in poſterum concedi, ſeu ſolvi, aut dari, mandari, contigerit; Socios præfatos, & illorum Domos, & bona quæcumque, ac eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum favorem diſpoſita, in conceſſionibus, & mandatis hujuſmodi decernimus, & volumus minimè comprehendi; niſi de ipſis, ac præſenti decreto, & voluntate noſtrâ, non per clauſulas generales idem importantes, ſed vera, expreſſa, & ſpecifica mentio fiat in eiſdem. Et inſuper ſi contingat Socios ipſos, ut adjuvante aliquo Principe, Duce, Marchione, Comite, vel Communitate, vel quavis ad id potenti & facultatibus abundanti perſonâ, aliquam Domum, eccleſiam, aut Collegium Societatis prædictæ ædificent, & conſtruant, ſeu id per alicujus ſimilis perſonæ teſtamentum mandari, vel quovis modo eis offerri Domum, Eccleſias, ſeu Collegia hujuſmodi, cum omnibus ad id neceſſariis & opportunis conſtrui & ædificari, ac locum pro hujuſmodi conſtructione oblatum recipi poſſe, ipſaſque Domos, Eccleſias, Collegia, Cellas, Oratoria, ubilibet per dictos Socios, pro tempore conſtructa, vel eis donata, eo ipſo, quòd ædificata, vel donata fuerint,

Domus, vel Collegia Societati donata, ſeu relicta, eo ipſo auctoritate Apoſtolicâ cenſeantur erecta.

Apo-

UVA. BHSC. BU 06252

Apoſtolicâ auctoritate prædictâ, erecta, approbata, & confirmata; ac bona quæcumque, pro Collegiorum dote, ſeu Scholarium inibi pro tempore cõmorantium ſuſtentatione, per quoſcumque Chriſti fideles, pro tempore donata, relicta, & legata, eo ipſo prædictâ Apoſtolicâ auctoritate, perpetuò applicata & appropriata eſſe & cenſeri, (niſi aliàs ad collationem Sedis prædictæ pertinerent) & eccleſias prædictas, cum cœmeteriis benedici, aut conſecrari facere, ac primum lapidem poni, per quoſcumque Epiſcopos (ſi diœceſani, ultra quatuor menſes id facere diſtulerint) pòſſe decernimus: inhibentes omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque eccleſiarum Prælatis, & locorum Ordinariis, ac quibuſvis aliis poteſtatibus Eccleſiaſticis & ſæcularibus, illis nihilominùs mandantes, ne ipſos Socios, aut eorum Domos, Eccleſias, aut Collegia hujuſmodi, ad aliquorum requiſitionem, ex propriâ eorum voluntate, ſi id in Domino expediens fuerit, ædificare volentes, quoquo modo in hujuſmodi conſtructionibus impediant, perturbent, aut moleſtent. Et, ut Societatis hujuſmodi profeſſoribus omnis vagandi occaſio, & ad Apoſtolicam Sedem prædictam recurrendi, ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas; Generali, & de ejus licentiâ Provincialibus Præpoſitis dictæ Societatis, pro tempore exiſtentibus, & illorum Vicariis & Locatenentibus,

Bona Societati donata pro Collegiorum ſuſtentatione etiã auct. Apoſt. reputantur applicata, &c.

Eccleſiæ noſtræ benedici, & conſecrari poſſunt à quolibet Epiſcopo, &c.

Ne impediantur noſtri, ab ullo in ſuis ædificiis.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

bus, ut cum ejuſdem Societatis perſonis defectum natalium, ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quovis alio nefario & illicito coitu provenientem patientibus; nec non cum iis, qui ex quavis cauſâ, (præterquàm homicidii voluntarii, bigamiæ, & mutilationis membrorum) irregulares fuerint, poſtquàm in ordine ipſo vota emiſerint, ut defectu & irregularitate hujuſmodi non obſtantibus, ad quoſcumque etjam ſacros, & Preſbyteratus ordines promoveri, & in illis, etiam in altaris miniſterio miniſtrare, & irregulares defectum natalium patientes prædicti ad quaſcumque adminiſtrationes & officia dictæ Societatis eligi, recipi & aſſumi, illaque gerere, & exercere liberè & licitè valeant, diſpenſare poſſint, auctoritate & tenore prædictis concedimus & indulgemus. Præterea cùm intellexerimus populos civitatum, terrarum, & locorum, apud quæ habitationem iidem Socii habent, vel ubi eoſdem verſari aut tranſire contingit, exemplo allectos & inductos religioſæ vitæ, quam Domino concedente ducunt, libenter ad confitendum eiſdem, & ſacratiſſimam communionem de manibus eorum accipiendum confluere, ut illis ſic confluentibus ſatisfacere valeant, univerſis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, ut cuilibet de Societate prædictâ confiteri poſſint, Rectoris ſui licentiâ minimè requiſitâ, cui non teneantur eadem peccata, de quibus confeſſi & abſoluti

Quatenus cum noſtris in irregularitate poſſit diſpenſari.

Fideles quicumque confiteri noſtris poſſunt abſque Rectoris ſui facultate.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

soluti fuerint, rursus confiteri : nec non omnibus & singulis Christi fidelibus, tam forensibus, quàm in civitatibus, & locis in quibus Socii prædicti consistunt, commorantibus, aut illac transeuntibus, Eucharistiæ sacramentum (quod in suis ecclesiis decenter tenere Socios præfatos volumus) quocumque anni tempore, præterquàm in festo Paschatis Resurrectionis Dominicæ, & mortis articulo, nisi necessitas urgeret eorumdem fidelium, parochialium ecclesiarum Rectorum licentiâ minimè requisitâ, accipere liberè & licitè valeant. Nec non animarum profectui providere volentes, de omnipotentis Dei misericordiâ, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, ubilibet commorantibus, verè pœnitentibus, & confessis, seu temporibus à jure statutis confitendi propositum habentibus, qui aliquam Ecclesiam, aut alium pium locum dictæ Societatis, semel singulis annis, (præter annum Iubilæi) in die per pro tempore existentem dictæ Societatis Præpositum, eligendo, à primis vesperis, usque ad occasum Solis ejusdem diei inclusivè, devotè visitaverint, & inibi orationem Dominicam, ac salutationem Angelicam recitaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam ac remissionem, in formâ Iubilæi, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium misericorditer

Licet singulis Christianis Eucharistiam à nostris accipere semper, duobus exceptis casibus.

Qui aliquam Ecclesiam nostram à Præposito designatam semel in annô visitârit, indulgentiam plenariam consequitur.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

Ceteris anni diebus obtinetur in Ecclesiis indulgentia multorum annorum.

concedimus & elargimur: Et insuper quatuor aliis, scilicet, Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, & Corporis Christi festivitatum, nec non Veneris, & Dominicis, & Quadragesimalibus diebus singulorum annorum, usque ad octavam Paschatis, ecclesias & alia pia loca dictæ Societatis devotè visitaverint, & inibi orationem & salutationem prædictas similiter recitaverint, ac verbum Dei, si in illis prædicetur, devotè audiverint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis, misericorditer in Domino relaxamus.

Præpositus lectores in Theologiâ, & facultatibus omnibus deputare potest.

Ac Præposito Generali ejusdem Societatis, ut, quos de suis idoneos in Domino judicaverit, ad lectiones Theologiæ, & aliarum facultatum, alterius licentiâ ad id minimè requisitâ, ubilibet deputare possit: Et ut, cùm aliquos ex fratribus seu Sociis Societatis hujsmodi in Saracenorum & Paganorum, aliorumque infidelium terras & provincias alias remotissimas, à quibus non potest adiri Sedes Apostolica, miserit; possit eis, auctoritate nostrâ, facultatem concedere, ut Christianos ibidem commorantes, confessione peccatorum suorum auditâ, & pœnitentiâ salutari iniũctâ,

In terris infidelium, & partibus remotissimis nostri absolvere possunt, etiam à casibus in Bullâ Cœnæ Domini reservatis.

eos & eorum quemlibet ab omnibus & singulis eorum peccatis, etiam in Bullâ Cœnæ Domini reservatis, & à consequentibus censuris & pœnis absolvere: & cum iis qui ab infidelitate cõvertentur tantùm, & in locis remotissimis,

UVA. BHSC. BU 06252

mis, qui prius in gradibus non licitis, tamen lege divinâ non prohibitis, matrimonia contraxerant, ut in eisdem manere possint, dispensare; ac in locis prædictis remotissimis, quæcumque, Ecclesias, Hospitalia, & alia pia loca, prout expediens fuerit, erigere; ac nunc, & pro tempore erecta reformare, sine alicujus præjudicio, & vestes sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, cœmeteria (si Episcopus, qui ea faciat, Catholicus inibi non adsit) benedicere, ac profanatas ecclesias reconciliare possint: Et quæcumque statuta & ordinationes, desuper necessaria facere, illaque postquàm facta fuerint, mutare, alterare, ac illis addere, & detrahere; ac Præposito Provinciali in illis longinquis partibus residente decedente, interim dum alius per Generalem Præpositum mittitur, loco Præpositi sic decedentis, alium eligere liberè & licitè valeant. Et quia in numerosis populis illarum regionum, tanta est Sacerdotum raritas, ut unus plurium curam populorum suscipere debeat; ut bis eodem die Missam celebrare, diversis in locis valeant: & insuper attentâ meditatione pensantes, quantum utilitatis ad exaltationem Christianæ fidei & Evangelicæ veritatis, Societatis prædictæ professores afferant, & afferre valeant, omnia & singula, gratias, immunitates, concessiones, privilegia,

PAVLI III.

Dispensare in gradibus jure divino non prohibitis, in locis remotissimis.

Ecclesiarum erectio, & reformatio.

Ecclesiarum reconciliatio.

Statuta condere.

Decedente Provinciali alterius electio.

Potestas bis in die celebrandi.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

legia, & indulta, anteà per nos eisdem Societati, & illius Sociis, & personis quomodolibet concessa, quæ hîc pro specificatis haberi volumus approbantes, innovantes, & confirmantes, quòd Socii dictæ Societatis, qui alibi, quàm in urbe Româ, professionem emittere non possunt, litteris Apostolicis ab ipsâ Societate, ad id ob aliquas causas, ad tempus impetratis, non obstantibus, eisdem de licentiâ Præpositi Generalis prædicti, ut professionem ipsam ubilibet emittere liberè & licitè valeant, concedimus & indulgemus. Nec non Ignatio, & aliis successoribus suis Præpositis Generalibus dictæ Societatis pro tempore existentibus, ut indultum aliàs per nos eidem Societati, super habendis viginti Coadjutoribus concessum, ad alios quoscumque, quos idoneos fore censuerint, sub eorum obedientiâ degentes extendere, quascumque gratias, concessiones, & indulta eisdem Generalibus dictæ Societatis Præpositis pro tempore existentibus per Nos concessa, per eorum Vicarios, aut personas ad id sibi benè visas, præsertim in Indiarum, & aliis partibus remotis, pro tempore substitutas, exercere liberè & licitè valeant. Ac præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ex quavis causâ, de surreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu notari vel impugnari nullatenus posse: ac sub quibusvis suspensioni-

Privilegiorũ à se datorũ. Papæ confirmatio.

Professio ubique locorum emitti potest.

Coadjutores sine certo numero admitti possũt.

Gratias à Paulo III. concessas potest Generalis per alios exercere.

UVA. BHSC. BU 06252

sionibus, derogationibus, limitationibus, & aliis quibusvis contrariis dispositionibus, & gratiarum ac indulgentiarum concessarum derogatoriis seu revocatoriis, etiam per nos, & Sedem eamdem, pro tempore concessis, nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas existere, ac suos plenarios effectus sortiri; & illarum transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Canonici Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Ecclesiæ, seu personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem, quæ adhiberetur eisdem originalibus litteris, si forent exhibitæ, vel ostensæ, ubique in judicio, & extra adhiberi debere; & sic per quoscumque Iudices & Commissarios quavis etiam Apostolicâ auctoritate fungentes, sublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere; ac si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus: Ac dilectis in Christo filiis illustribus, & nobilibus viris, Principibus, ac Dominis temporalibus, & venerabilibus fratribus, Prælatis Ecclesiasticis in quavis dignitate constitutis prædictam Societatem ac singulos illius Socios plurimum in Domino commendantes; non solùm ne eos inquietari, aut eorum privilegia violari permittant, sed ut benignè & cum

PAVLI III.

Transumptis habeatur fides.

Societas ejusq; persona Principibus ac Prælatis commendantur.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III.

Deputantur Iudices conſervatores.

caritate, ut decet, ſuſcipiant exhortamur, atque in Domino rogamus: & nihilominùs univerſis & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis, nec non Metropolitan. & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, ac eorumdem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Officialibus, & Vicariis generalibus, ubilibet conſtitutis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, ac quilibet eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta hujuſmodi, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Sociorum, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſdemque Sociis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtrâ, eoſdem Socios litteris, & in eis contentis hujuſmodi pacificè gaudere; non permittentes eos, aut eorum aliquem ſuper præmiſſis, aut quibuſvis aliis rebus, & cauſis per locorum Ordinarios, aut quoſcumque alios, quomodolibet indebitè moleſtari; ſed eos contra quoſcumque cujuſcumque conditionis, vel qualitatis exiſtentes, & quavis etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, vel Epiſcopali, aut mundanâ dignitate ac exemptione fungentes & munitos, in quibuſvis cauſis, juſtitiæ complementum miniſtrantes,

UVA. BHSC. BU 06252

tes, id quod per eos ordinatũ fuerit, ad execu- PAVLI
tionem debitam perduci faciant: illoſque quos III.
cenſuras vel pœnas prædictas incurriſſe conſti-
terit, excõmunicatos ac interdictos declarent,
ac faciant & mandent publicè nuntiari, ac ab
omnibus arctiùs evitari, & legitimis ſuper his
habitis & habendis proceſſibus ſervatis, illos
quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravare
procurent: contradictores auctoritate noſtrâ,
appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, invo-
cato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii
ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus,
& ordinationibus, ac juramento, confirmatio-
ne Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ robo-
ratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non pri-
vilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis S. Bene-
dicti, & S. Franciſci, ac Mendicantium, & aliis
Ordinibus ſupradictis, illorumque Prælatis &
perſonis, etiam ſuper non communicãdis gra-
tiis ſibi conceſſis, & aliàs quomodolibet per
nos & Sedem præfatam conceſſis, confirmatis,
ac etiam iteratis vicibus innovatis, etiam Ma-
ri magno, Bullâ aureâ, & aliàs quomodolibet
nuncupatis, quibus illorum tenores præſenti-
bus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis ha-
bentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris,
hac vice ſpecialiter & expreſſè derogamus,
ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam
noſtrorum, conceſſionum, ſtatutorum, ordina-

Non obſtant huic privilegio ulla aliorum.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI III. tionis, confirmationis, inhibitionum, exemptionis, liberationis, susceptionis, decretorum, voluntatum, elargitionis, relaxationis, exhortationis, rogationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ M.D.XLIX. XV. Kal. Novembr. Pontificatus nostri anno Quintodecimo.

G. Grolletti.

F. De Iafer promagistris.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III.

CONFIRMATIO ALIA

Inſtituti, cum majori, tum illius tum aliorum Societatis indultorum, declaratione.

ANNO M. D. L.

IVLIVS Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Expoſcit debitum paſtoralis officii, cui nos licet immeritos prætulit divina Majeſtas; ut fideles quoſlibet, præſertim religioſos, in viâ mandatorum Domini ad illius honorem & gloriam, & proximorum ſpiritualem profectum, deambulantes, paternis conſoveamus affectibus: ut fideles ipſi, dexterâ Domini ſibi aſſiſtente propitiâ, æternæ ſalutis præmium ferventiùs exquirant, & in eorum pio propoſito confoveantur. Dudum ſi quidem, per felicis recordationis PAVLVM Papam Tertium prædeceſſorem noſtrum, accepto, Quòd dilecti filii Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Iacobus Laynez, nec non Claudius Iajus, & Paſchaſius Broët, ac Franciſcus Xavier, nec non Alfonſus Salmeron, & Simon Rodericus, ac Ioannes

Summa literarum Apoſtolicarum Pauli III. de Inſtituto Societatis.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III.

Coduri, & Nicolaus de Bobadillâ, Presbyteri Pampilonen. Gebennen. Seguntin. Toletan. Visen. Ebredunen. & Palentin. civitatum, & diœceseon, in Artibus magistri, in Vniversitate Parisiensi graduati, & in Theologicis studiis per plures annos exercitati, Spiritu sancto afflati, jamdudum è diversis mundi regionibus decedentes, in unum convenerant; & exemplaris ac religiosæ vitæ Socii effecti, abdicatis hujus sæculi illecebris, eorum vitam perpetuo Domini nostri IESV Christi, atque suo & successorum suorum Romanorum Pontificum servitio dedicaverant; & iam pluribus annis verbum Dei prædicando, & fideles privatim ad pias meditationes, beneque ac beatè vivendum excitando, hospitalibus inserviendo, pueros & alios rudes salubria dogmata, ad Christiani hominis institutionem necessaria docendo; ac denique omnia caritatis officia, quæ ad animarum ædificationem pertinebant, ubique terrarum, ubi peregrinati fuerant quisque juxta traditam sibi ab ipso Spiritu sancto gratiam, multâ cum laude obeundo, laudabiliter in vineâ Domini se exercuerant, eorum institutum, sub quadam vivendi formulâ ab ipsis editâ, Evangelicæ veritati, & sanctorum Patrum sanctionibus conformi, ut vinculum caritatis & unio in ipsis quidem Sociis, & aliis qui prædictum vellent institutum sequi, conservarentur, approbavit,

&

UVA. BHSC. BU 06252

& confirmavit, & benedixit : ipsosque Socios, quorum numerum, non ultra sexaginta esse tunc voluit, sub suâ, & Apostolicæ Sedis protectione suscepit ; illisque condẽdi Constitutiones & statuta quæcumque ad ipsius sic institutæ & confirmatæ Societatis conservationem & felicem progressum, licentiam concessit per quasdam. Cumque postmodùm progressu temporis, Spiritu sancto cooperante, ex Societate prædictâ spiritualem animarum fructum crescere ; & multos, qui institutum prædictum sequi vellent, in Parisiensi & aliis generalium studiorum Vniversitatibus, studere intellexisset idem prędecessor, Ignatii & aliorum Sociorum prædictorum piam vitã & doctrinam attendendo, eidem Societati ut quoscumque alios idoneos, & juxta suas Constitutiones probatos liberè admittere possent, concessit. & nihilominùs, ut Coadiutores tam Presbyteros, qui in spiritualibus, quàm laicos, qui in temporalibus & domesticis officiis eos adiuvarent. qui quidem Coadiutores peractis probationibus, juxta Constitutiones Societatis hujusmodi requisitis, ad majorem devotionem suam & meritum, etiam tria vota, Paupertatis videlicet, Castitatis, & Obedientiæ possent emittere, non solemnia, sed quibus pro eo tempore, quo Præpositus Generalis Societatis prædictæ eis in ministerio spirituali vel temporali utendum judicaret, astringerentur :

IVLII III.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III. gerentur: quique omnium bonorum operum, quæ in dicta Societate fierent, ac meritorum omnium participes fierent, perinde ut qui ſolemnem profeſſionem in eadem Societate emiſiſſent, poſſent aſſumere: & alias gratias ac privilegia ad fovendam & adjuvandam in iis, quæ ad Dei honorem & animarum ſalutem pertinebant, Societatem prædictam, de benignitate Apoſtolica conceſſit. Vt autem prædicta omnia priùs ab eodem prædeceſſore conceſſa, magis confirmentur; & ſimul omnia quæ ad inſtitutum prædictæ Societatis pertinent, eiſdem in litteris aliarum ſummam continentibus comprehendantur; & ut aliqua obſcuriùs dicta, & quæ ſcrupulum ac dubitationem poſſent iniicere, per nos exactiùs explicentur; Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut formulam, qua prædictæ Societatis inſtitutum exactiùs & diſtinctiùs, quàm anteà, edocente experientia ac uſu rerum, expreſſum, eodem tamen ſpiritu, comprehenditur confirmare dignaremur; cujus tenor ſequitur, & eſt talis. Quicumque in Societate noſtra, quam IESV nomine inſigniri cupimus, vult ſub crucis vexillo Deo militare, & ſoli Domino ac Eccleſiæ ipſius ſponſæ, ſub Romano Pontifice, Chriſti in terris Vicario, ſervire; poſt ſolemne perpetuæ Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ votum, proponat ſibi in animo, ſe partem eſſe Societatis, ad hoc potiſſimum inſtitutæ, ut

Inſtituti Societatis formula.

Vota Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ.

Finis inſtituti.

ad

UVA. BHSC. BU 06252

ad fidei defenſionem & propagationem, & profectum animarum in vitâ & doctrinâ Chriſtianâ per publicas prædicationes, lectiones, & aliud quodcumque verbi Dei miniſterium, ac ſpiritualia exercitia, puerorum ac rudium in Chriſtianiſmo inſtitutionem, Chriſti fidelium in confeſſionibus audiendis ac ceteris Sacramentis adminiſtrandis, ſpiritualem conſolationem, præcipuè intendat: & nihilominùs ad diſſidentium reconciliationem, & eorum qui in carceribus vel in hoſpitalibus inveniuntur, piam ſubventionem & miniſterium, ac reliqua caritatis opera, prout ad Dei gloriam, & commune bonum expedire viſum erit, exequenda, gratis omnino, & nullo, pro ſuo in prædictis omnibus labore, ſtipendio accepto, ſe utilem exhibeat; curetque primo Deum, deinde hujus ſui inſtituti rationem, quæ via quædam eſt ad illum, quoad vixerit, ante oculos habere, & finem hunc ſibi à Deo propoſitum totis viribus aſſequi; unuſquiſque tamen ſecundùm gratiam ſibi à Spiritu ſancto ſubminiſtratam, & vocationis ſuæ proprium gradum. Ideoque, ne quis fortè zelo utatur ſed non ſecundùm ſcientiam, proprii cujuſque gradus judicium, & officiorum diſcretio ac diſtributio tota ſit in manu Præpoſiti Generalis, ſeu Prælati per Nos quocumque tempore eligendi, vel eorum quos ipſe ſibi eâ cum auctoritate ſubſtituerit, ut congruus ordo ſervetur

IVLII III.

Puerorum ac rudium inſtitutio.

Operum caritatis exercitia, quæ gratis omnino exhibenda ſunt.

Officiorum diſtributio.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III.

tur in omni benè institutâ communitate necessarius. Qui quidem Præpositus de consilio consociorum, Constitutiones ad constructionem hujus propositi nobis finis conducentes condendi, majori suffragiorum parte semper statuendi jus habente, & quæ dubia esse poterunt in nostro instituto hac formulâ comprehenso declarandi auctoritatem habeat. Consilium verò necessariò convocandũ ad condendas, vel immutandas Constitutiones, & alia graviora, ut alienare, vel dissolvere Domos, ac Collegia semel erecta; intelligatur esse major pars totius professæ Societatis (juxta Constitutionum nostrarum declarationem) quæ sine magno incommodo potest à Præposito Generali convocari. In aliis, quæ non ita magni momenti sunt, idem Præpositus adiutus quatenus ipse opportunum judicabit, fratrum suorum consilio per seipsum ordinandi & jubendi quæ ad Dei gloriam & commune bonum pertinere in Domino videbuntur, jus totum habeat, prout in Constitutionibus eisdem explicabitur. Quicumque autem in hac Societate professionem emiserint, non solùm in primis professionis suæ foribus intelligant, sed quoad vixerint, memores sint, Societatem hanc universam, & singulos qui in eâ profitentur, sub Sanctissimi Domini N. PAVLI Papæ Tertii, & aliorum Romanorum Pontificum successorum ejus fideli obedientiâ, Deo militare.

De condendis constitutionibus.

Præpositus habet auctoritatem declarandi institutum.

Consilium ad graviora convocandum.

In his quæ non tanti momenti sunt, jus tantùm habet Præpositus.

UVA. BHSC. BU 06252

tare. Et quamvis Euangelio doceamur, & fide orthodoxâ cognoscamus ac firmiter teneamus, omnes Christi fideles Romano Pontifici, tamquam capiti, ac IESV Christi Vicario subesse: ob devotionem tamen majorem ad obedientiam Sedis Apostolicæ, & majorem voluntatum nostrarum abnegationem, & certiorem sancti Spiritus directionem, summoperè conducere judicavimus, singulos nos, & quicumque eamdem in posterum professionem emiserint, ultra illud commune trium votorum vinculum, speciali ad hoc voto astringi, ut quidquid modernus, & alii Romani Pontifices pro tempore existentes jusserint ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, & ad quascumque provincias nos mittere voluerint, sine ullâ tergiversatione aut excusatione illicò, quantum in nobis fuerit, sive nos ad Turcas sive ad quoscumque alios infideles, etiam in partibus, quas Indias vocant, sive ad quoscumque Hæreticos, Schismaticos, seu etiam ad quosvis fideles, mittendos censuerint, exequi teneamur. Quamobrem qui ad nos accessuri sunt, antequàm huic oneri humeros supponant, diu multumque meditentur, an tantum pecuniæ spiritualis in bonis habeant, ut turrim hanc juxta consilium Dominicum possint consummare: hoc est, an Spiritus sanctus, qui illos impellit, tantum illis gratiæ polliceatur, ut hujus vocationis pondus, illo ad-

IVI. III.

Speciale votum obediendi Romano Pontifici.

Ingressuri Societatem quid considerare debeant.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III.

adjuvante, se laturos sperẽt: & postquàm, Domino inspirante, huic IESV Christi militiæ nomen dederint, die noctuque succincti lumbos, & ad tam grandis debiti solutionem prompti esse debebunt. Ne qua autem possit esse inter nos missionum, aut provinciarum hujusmodi ambitio, vel detrectatio, intelligant singuli, sibi per se vel alium, de hujusmodi missionibus quidquam cum Romano Pontifice, non esse curandum; sed omnem hanc curam Deo, & ipsi Pontifici tamquàm ejus Vicario, & Societatis Præposito, dimittendam: cui quidem Præposito, sicut ceteris, nihil de sui ipsius missione in alterutram partem, nisi de Societatis consilio cum dicto Pontifice curandum erit.

Missiones non procurandæ.

Votum obedientiæ.

Voveant etiam singuli, se in omnibus, quæ ad regulæ hujus nostræ observationem faciunt, Societatis Præposito (qui ad hoc munus, quàm fieri possit idoneus, ad plura vota, prout in Constitutionibus declarabitur, eligetur) obedientes fore. Ille autem omnem eam auctoritatem & potestatem habeat supra Societatem, quæ ad bonam ejusdem Societatis administrationem, correctionem, & gubernationem utilis erit. Iubeat autem ea, quæ ad constructionem propositi sibi à Deo & à Societate finis cognoverit esse opportuna; & in prælatione suâ benignitatis, ac mansuetudinis, caritatisque Christi, Petri, Paulique formulæ semper sit memor: & tam ipse quàm consilium præ-

Præpositi electio, & potestas.

Gubernandi ratio.

UVA. BHSC. BU 06252

prædictum ad normam hanc assiduè spectent. Singuli verò subditorum, tum propter ingentes ordinis utilitates, tum propter numquàm satis laudatum humilitatis assiduum exercitium, non solùm Præposito in omnibus, ad institutum Societatis pertinentibus, parere semper teneantur; sed in illo Christum veluti præsentem agnoscant, & quantum decet, venerentur. Cùm autem experti fuerimus jucundiorem, puriorem, & ad proximi ædificationem aptiorem esse vitam ab omni avaritiæ contagione quàm remotissimam, & Evangelicæ paupertati quàm simillimam: cumque sciamus Dominum nostrum IESVM Christum servis suis regnum Dei solum inquirentibus, necessaria ad victum & vestitum esse subministraturum; sic voveant singuli & universi perpetuam Paupertatem, ut non solùm privatim, sed neque etiam communiter, possint Professi vel ulla eorum Domus aut ecclesia ad aliquos proventus, reditus, possessiones, sed nec ad ulla bona stabilia, præter ea, quæ opportuna erunt ad usum proprium & habitationem, retinenda jus aliquod civile acquirere, rebus sibi ex caritate donatis ad necessarium vitæ usum contenti. Quia tamen Domus, quas Dominus dederit, ad operandum in vineâ ipsius, & non ad scholastica studia exercenda destinandæ erunt; cùm valdè opportunum fore alioqui videatur, ut ex juvenibus ad

IVLII III.

Obedientia subditorum erga Præpositum.

Paupertatis votum.

Professi, & eorum Domus non possunt habere reditus.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III.

pietatem propensis, & ad litterarum studia tractanda idoneis, operarii eidem vineæ Domini parentur, qui Societatis nostræ, etiam professæ, velut quoddam Seminarium existant, possit professa Societas ad studiorum commoditatem, Scholarium habere Collegia, ubicumque ad ea construenda, & dotanda ex devotione aliqui movebuntur: quæ simul atque constructa & dotata fuerint, (non tamen ex bonis, quorum collatio ad Sedem Apostolicam pertinet) ex nunc auctoritate Apostolicâ erigi supplicamus, seu pro erectis haberi: quæ Collegia possint habere reditus, census, seu possessiones, usibus & necessitatibus studentium applicandas, retentâ penes Præpositum vel Societatem omnimodâ gubernatione seu superintendentiâ super dicta Collegia & prædictos studentes, quoad Rectorum seu gubernatorum, ac studentium electionem, ac eorumdem admissionem, emissionem, receptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, & circa studentium instructionem, eruditionem, ædificationem, ac correctionem, victus, vestitusque, & aliarum rerum necessariarum eis ministrandarum modum, atque aliam omnimodam gubernationem, regimen, ac curam, ut neque studentes dictis bonis abuti, neque Societas Professa in proprios usus convertere possit; sed studentium necessitati subvenire: Qui quidem studentes ingenii, & morum indole tales esse

De Collegiis, & eorum reditibus.

Collegiorum gubernatio penes Præpositum vel Societatem est.

UVA. BHSC. BU 06252

esse debebunt, ut merito speretur, post absoluta studia ad Societatis functiones idoneos fore: & sic demum post cognitum in spiritu & litteris eorum profectum, & post sufficientem probationem, in Societatem nostram admitti possint. Socii autem omnes cùm Presbyteri esse debeant, ad dicendum officium secundũ communem Ecclesiæ ritum, sed privatim, & non communiter vel in choro, teneantur: & in iis, quæ ad victum, & vestitum, & cetera exteriora pertinent, honestorum Sacerdotum communem & approbatum usum sequentur, ut quod inde pro cujusque necessitate, vel spiritualis profectus desiderio subtractum fuerit, ex devotione, & non ex obligatione, rationabile obsequium corporis Deo, prout expediet, offeratur. Hæc sunt, quæ sub præfati Domini Nostri PAVLI, & Sedis Apostolicæ beneplacito, de nostrâ professione typo quodam explicare potuimus; quod nunc fecimus, ut summatim informaremus tum illos, qui nos de nostro vitæ instituto interrogant, tum etiam posteros nostros, si quos Deo volente imitatores unquam habebimus hujus vitæ: quam cùm multas, magnasque habere annexas difficultates fuerimus experti, opportunum judicavimus etiam statuere, nequis ad professionem in hac Societate emittendam, nisi diuturnis & diligentissimis probationibus, prout in Constitutionibus declarabitur, ejus vita & doctrina explorata fuerit,

IVLII III.

De Officio divino recitando.

In victu & vestitu sequi debemus usum communem honestorum Sacerdotum.

Ad professionem, non admittantur nisi diu, multumque probati.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III.

rit, recipiatur : quia reverà hoc inſtitutum omnino humiles, & prudentes in Chriſto, & in Chriſtianæ vitæ puritate ac litteris conſpicuos exigit. Imò & ii, qui in Coadjutores tam in ſpiritualibus quàm in corporalibus, & in Scholares admittentur, quorum utrique, poſt ſufficientes probationes, & tempus in Conſtitutionibus expreſſum, vota ſua ad devotionem & meritum majus, non quidem ſolemnia, (præter aliquos, qui de licentiâ Præpoſiti Generalis propter ipſorum devotionem, & perſonarum qualitatem, tria vota hujuſmodi ſolemnia facere poterunt) ſed quibus teneantur, quamdiu Præpoſitus Generalis in Societate eos retinendos eſſe cenſuerit, emittere debeant, prout in Conſtitutionibus latiùs explicabitur ; non niſi diligenter examinati & idonei reperti ad eumdem finem Societatis, admittantur ad hanc IESV Chriſti militiam, qui tenuibus cœptis noſtris favere dignetur, ad gloriam Dei Patris, cui ſoli ſit ſemper decus, & honor in ſæcula. Amen. Quapropter conſiderantes, nihil quod pium ſanctumque non ſit, in dictâ Societate ejuſque laudabilibus inſtitutis, ac exemplari Ignatii & aliorum Sociorum prædictorum vitâ & moribus reperiri ; eaque omnia ad ſuorum & aliorum Chriſti fidelium animarum ſalutem, & fidei exaltationem tendere ; Socios, ac illorum Coadjutores prædictos, & ipſius Societatis Scholares à quibuſvis

Coadjutores, & Scholares vota ſua debent emittere.

Aliqui tria vota ſolemnia emittere poſſunt.

Idonei coadjutores, & ſcholares debent admitti.

UVA. BHSC. BU 06252

bufvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſsâ, latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, illoſque ſub noſtrâ & Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipientes, motu proprio, & ex certâ noſtrâ ſcientiâ, auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium, erectionem & inſtitutionem Societatis, ac extenſionem numeri illius Sociorum, ac receptionis, & admiſſionis Coadjutorum, ac omnia & ſingula Privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, & condendi & alterandi ſtatuta, & ordinationes, ac alia quævis indulta eiſdem, Societati & illius Præpoſito, per prædeceſſorem noſtrum, & Sedem hujuſmodi, ſub quibuſcumque tenoribus & formis conceſſa & confirmata, ac deſuper confectas, tam ſub plumbo, quàm in formâ brevis litteras, & in eis contenta, ac inde ſecuta quæcumque, perpetuo approbamus & confirmamus, ac eis perpetuæ firmitatis robur adjicimus, ſupplentes omnes & ſingulos tam juris quàm facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem: Eaque omnia, & ſingula perpetuæ & inconcuſſæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere; & ſic per quoſcumque Iudices & Commiſſarios, quavis au-

IVLII III.

Approbatur & confirmatur inſtitutum, & Privilegia conceſſa.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III. ctoritate fungentes, sublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, interpretari, atque decidi debere; nec non quidquid secus super his per quoscumque, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus & declaramus.

Judices qui assistant. Quocircà universis & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis personis in dignitate Ecclesiasticâ constitutis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet, per se vel alium seu alios, præfatis Præposito & Societati in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ singulas prædictas & præsentes litteras plenum effectum sortiri, ac ab omnibus inviolabiliter observari: non permittentes quemquã contra illarum tenorem quomodolibet indebitè molestari: contradictores quoslibet & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia juris opportuna remedia, appellatione postpositâ, compescendo, ac censuras prædictas legitimis super his habendis servatis processibus, etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis: Non obstantibus

Non obstantibus, &c. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis & singulis, quæ in litteris prædictis idem prædecessor noster voluit non obsta-

UVA. BHSC. BU 06252

obstare, ceterisque contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab Apostolicâ sit Sede indultum: quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, susceptionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, suppletionis, decreti, declarationis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo, duodecimo Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno primo. IVLII III.

F. de Mendoza.

Fed. Card. Cæsius.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III.

BREVE I.

CONFIRMATIO PRIVILEGIORVM

Societati concessorum : & aliorum nova concessio.

ANNO M. D. LII.

Dilecto Filio Ignatio de Loyolâ, Præposito Generali Societatis IESV.

IVLIVS PAPA III.

DIlecte fili salutem & Apostolicam benedictionem. Sacræ Religionis, sub quâ dilecti filii Societatis IESV, rejectis sæculi vanitatibus, gratum Altissimo præbent sub humilitatis spiritu famulatum; & ferventibus studiis per exempla virtutum & solidam doctrinam alios ad divinæ Majestatis obsequia trahunt, favor exposcit, & devotionis vestræ merita Nos inducunt, ut ea, quæ per Nos, & prædecessorem nostrum tibi & illis providè concessa sunt, Apostolicæ firmitatis munimine roboremus : vosque amplioribus favoribus, & gratiis

UVA. BHSC. BU 06252

tiis confoveamus, ea vobis concedentes, per quæ commoditatibus veſtris, & animarum tum veſtrarum tum etiam aliorum, quibus juvandis vacatis, per amplius conſulatur. Tuis itaque in hac parte nobis porrectis ſupplicationibus inclinati, omnia & ſingula, litteras, facultates, indulgentias etiam plenarias, conceſſiones, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, privilegia, & indulta, tibi, & ad tui & pro tempore exiſtentis Præpoſiti Generalis Societatis hujuſmodi diſpoſitionem conceſſa, nec non facultatem inter alia cum perſonis Societatis hujuſmodi circa jejunia, & cibos prohibitos, per te, vel alios Societatem ipſam profeſſos diſpenſandi: ac quoſcumque à caſibus hæreſis, & aliis contra fidem, & conſequentibus cenſuris quibuſcumque, etiam per te, & ſucceſſores tuos, vel alios ſimiliter profeſſos ad id idoneos, per te & pro tempore exiſtentem Præpoſitum Generalem Societatis hujuſmodi deputandos abſolvendi, & quatenus opus ſit, in foro conſcientiæ diſpenſandi, per fel. record. PAVLVM Papam III. prædeceſſorem noſtrum, & forſan Nos tam in genere, quàm in ſpecie, & aliàs quomodolibet, & ſub quibuſcumque tenoribus & formis conceſſa, eorum omnium tenores & cauſſas, propter quas conceſſa ſunt, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, Apoſtolicâ auctoritate, ex certa noſtra ſcientia, tenore præſentium

IVLII III.

Confirmantur Privilegia hactenus conceſſa.

Diſpenſare circa jejunia, & cibos prohibitos.

Abſolvere à quibuſcumque caſibus hæreſis in foro conſcientiæ.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III. tium approbamus & confirmamus, ac illis perpetuæ & inconcuſſæ firmitatis robur adjicimus; illaque inviolabiliter obſervari, & ſub quibuſvis derogationibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, alterationibus, decretis, declarationibus, ac litteris Apoſtolicis, etiam quaſvis clauſulas generales vel ſpeciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & inſolitas, ac etiam irritantia decreta, ſub quacumque verborum formâ, & expreſſione in ſe continentibus, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, ſeu conſtitutionibus Apoſtolicis, quomodolibet pro tempore factis & editis, ullo unquam tempore comprehendi; aut eis in aliquo derogari, ſeu ea revocari, aut alterari nullatenus poſſe; ſicque per quoſcumque Iudices & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, in quavis cauſſa & inſtantiâ, ſublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari ac definiri debere: ac ex nunc quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus: Et nihilominùs, ut tu, & Societas hujuſmodi quietiùs & devotiùs in humilitate ſpiritus, Altiſſimo gratum præbere poſſitis famulatum, facultatem & licentiam anteponendi, & poſtponendi officium divinum, aliàs vobis conceſſam ad hoc, ut tu, & pro tempore exiſtentes religioſi Societatis hujuſ-

Privilegia prædicta ſub quibuſvis derogationibus non comprehenduntur.

Facultas præponendi, ac poſtponendi officium divinum.

UVA. BHSC. BU 06252

hujuſmodi ex legitimis ac juſtis cauſſis, in quo tuam, & ſucceſſorum tuorum Præpoſitorum Generalium pro tempore exiſtentium, & aliorum, quos ad hoc ſubſtitueritis, conſcientiam oneramus, officium ipſum celebrationi Miſſæ liberè, & abſque conſcientiæ ſcrupulo poſtponere poſſitis, auctoritate & tenore prædictis extendimus & ampliamus: ac inſuper tibi, & aliis Præpoſitis Generalibus Societatis hujuſmodi pro tempore exiſtentibus, & aliis, quibus ad hanc commutationem, auctoritatem veſtram communicaveritis, ut recitationem officii hujuſmodi pro iis, qui ob infirmitatem vobis videbuntur excuſandi, in aliud opus pium, ſeu leviorem orationem, durante tamen infirmitate, arbitrio veſtro commutare; nec non Scholaribus Collegiorum Societatis hujuſmodi in Univerſitatibus alicujus ſtudii generalis exiſtentium, quòd ipſi, ſi prævio rigoroſo & publico examine in eiſdem Univerſitatibus idonei reperti fuerint, & Rectores Univerſitatum hujuſmodi eos gratis, & amore Dei abſque aliquâ pecuniarum ſolutione promovere recuſaverint; in Collegiis prædictis, à Præpoſito Generali, pro tempore exiſtenti, vel de ejus licentiâ, à quovis ex inferioribus Præpoſitis, vel Rectoribus hujuſmodi Collegiorum, cum duobus etiam, vel tribus Doctoribus, ſeu Magiſtris, per eoſdem eligendis; Scholaribus verò Collegiorum eorum-

IVLII III.

Poſtponere officium divinum Miſſæ celebrationi.

Infirmis commutare officium divinum.

Quomodò Noſtri in Vniverſitatibus poſſunt ad gradus promoveri.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III.

Nostri extra Vniversitates possint ad gradus promoveri.

rumdem, extra Universitates existentium, studiorum suorum cursu absoluto, & rigoroso examine præcedente, à dicto Præposito Generali, vel de ejus licentiâ, à quovis ex Præpositis, vel Rectoribus hujusmodi Collegiorum, cum duobus, vel tribus Doctoribus, vel Magistris, per eosdem eligendis, quoscumque Baccalaureatus, ac Magisterii, Licentiaturæ, ac Doctoratus gradus accipere: Præpositis, vel Rectoribus cum Doctoribus hujusmodi, ut eosdem Scholares ad gradus ipsos promovere, eisdemque Scholaribus, ut postquam promoti fuerint, in eis legere, disputare, ac quoscumque alios actus ad hæc necessarios facere, & exequi, ac omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, antelationibus, favoribus, gratiis, & indultis, ac omnibus, & singulis aliis, quibus alii in quibusvis Universitatibus studiorum hujusmodi, rigoroso examine prævio, ac aliàs juxta inibi observari solitos, & requisitos usus, ordinationes, ritus, ac mores, pro tempore promoti de jure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solùm ad ipsorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter absque ullâ penitùs differentiâ, uti, potiri, & gaudere, in omnibus, & per omnia, perinde ac si gradus hujusmodi in eisdem Universitatibus, & non

Privilegia eorum, qui ad gradus promoventur.

eorum

UVA. BHSC. BU 06252

eorum Collegiis hujuſmodi accepiſſent: Præpoſitis quoque inferioribus à te, & pro tempore exiſtenti Præpoſito Generali præfato, vel etiam Provincialibus, præſertim in locis Indiarum, & aliis remotis partibus, pro tempore deputatis, ut ipſi quæcumque, gratias, facultates, conceſſiones, & indulta eis per te, & eumdem Præpoſitum Generalem, vel Provincialem, pro tempore exiſtentes, communicata, & conceſſa, quibuſvis aliis perſonis de Societate hujuſmodi Profeſſis, eis benè viſis, quoties eis videbitur, de tuâ tamen, & Præpoſitorum Generalium pro tempore exiſtentium licentiâ, communicare, & concedere poſſint. Et inſuper religioſis Societatis hujuſmodi pro tempore ſenio confectis, aut aliquâ infirmitate gravatis, & ad operandum in vineâ Domini non idoneis, etiam Profeſſis, ut in collegiis Societatis hujuſmodi de tui, & pro tempore exiſtentis Præpoſiti Generalis, vel inferiorum, quibus hanc facultatem communicaveris, ſeu communicaverint, licentiâ, morari, & ex illorum reditibus, & proventibus ſe ſuſtentare abſque aliquo conſcientiæ ſcrupulo, liberè & licitè valeant, plenam & liberam, auctoritate & tenore præmiſſis, facultatem & licentiam concedimus. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus, ordinationibus, ac Societatis,

IVLII III.

Præpoſiti inferiores gratias ſibi communicatas, de licentiâ Generalis, Profeſſis communicare poſſunt.

Profeſſi ſenes vel infirmi poſſunt cum facultate Generalis in Collegiis habitare.

Non obſtantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

IVLII III.

tis, & Universitatum hujusmodi, juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Societati, & Universitatibus, illarumque Rectoribus, Doctoribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis: etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac aliàs quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio, aut quævis alia expressio habenda foret, tenores hujusmodi, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Verùm quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferre; volumus, & eadem auctoritate decernimus, quòd ipsarum transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Prælati, vel personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, aut curiæ Ecclesiasticæ munitis, in judicio, & alibi, ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud San-

Transumptis habeatur fides.

ctum

UVA. BHSC. BU 06252

ctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXII. Octobris, M. D. LII. Pontificatus noſtri anno tertio.

Gal. Aquinas.

PII IV.

CONFIRMATIO PII IV.

Et nova conceſſio facultatis circa Societatis ædificia, etiam intra centum quadraginta cannas aliorum ordinum erigenda.

ANNO M. D. LXI.

Dilectis filiis Præpoſito Generali, & univerſæ Societati IESV.

PIUS PAPA IV.

DIlecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Etſi ex debito paſtoralis officii ſingulos Religioſos, qui ſpretis hujus tranſitorii ſæculi pompis, jugum Religionis libenter amplexi, propriam voluntatem abnegare, & in cælis theſauros ſuos reponere decreverunt, paternâ dilectione proſequamur; ad illos tamen, qui ſicut nomen Sociorum IESV aſſumpſerunt, ita opere, doctri-

UVA. BHSC. BU 06252

PII IV.

ctrina, & exemplis, Dominum nostrum IESVM Christum imitari, & ejus vestigia sequi nituntur; majoribus favoribus, & gratiis prosequendum invitamur. Cùm itaque sicut accepimus, aliàs postquàm vos, quibus dudum anteà per speciale privilegium vobis per fel. rec. PAVLVM III. concessum, & IVLIVM etiam Tertium prædecessores nostros confirmatum, ut quæcumque, Domos, Ecclesias, & Collegia Societatis IESV, cum omnibus ad id necessariis, & opportunis, construi ac ædificari facere, ac loca pro hujusmodi constructionibus, vobis pro tempore concessa recipere possetis, indultum fuerat: decreto etiam in litteris eorumdem prædecessorum desuper confectis apposito, quòd Domus, Ecclesiæ, Collegia, cellæ, & Oratoria ubilibet per vos, pro tempore constructa, seu vobis donata, eo ipso quòd ædificata, vel donata forent; Apostolicâ auctoritate erecta, approbata, & confirmata essent, & esse censerentur, ac aliàs prout in litteris prædictis latiùs contineri dicitur: vosque in vim privilegii sic vobis concessi, & posteà, ut præfertur confirmati, in diversis mundi partibus, quàm plura Collegia, Domos & Ecclesias dictæ Societatis, etiam in locis intra centum quadraginta cannas, ab aliis Religiosis locis diversorum ordinum, etiam mendicantium consistentibus erexeratis, in Dei laudem, & honorem, ac Christianæ religionis non modi-

Concessio Pauli III. & confirmatio Iulii III. de erigendis Collegiis & Domibus Societatis.

UVA. BHSC. BU 06252

modicum incrementum : cùm poſtmodùm vos dicto veſtro privilegio utendo, unum Collegium ejuſdem Societatis in civitate Palentinâ, & fundo vobis ad id donato, juxta quemdam Conventum Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantiâ erexiſſetis; ſeu jam erectum, & vobis donatum accepiſſetis : Dilecti filii fratres dicti conventus, prætendentes Collegium prædictum, ſtantibus privilegiis dicto Ordini Fratrum Minorum conceſſis, conſtrui, ſeu erigi non poſſe, ſe præmiſſis oppoſuerunt, & vos deſuper moleſtare velle ſe jactaverunt, & jactant. Nos qui inter ſervos Chriſti pacem & tranquillitatem intimis deſideramus affectibus, attendentes quantum dicta veſtra Societas in Eccleſia Dei hactenus fructum attulerit, & quantum in futurum, Deo dante, ſit allatura : & propterea vos præ ceteris aliis Religioſis majoribus favoribus, & gratiis fore meritò proſequendos : & cupientes quòd Collegium ſic per vos in dictâ civitate Palentinâ erectum, ſeu vobis donatum, ad debitum ulteriorem effectum perducatur, motu proprio non ad veſtram, vel alicujus pro vobis, nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtrâ certâ ſcientiâ, & ſponcaneâ voluntate, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, litterarum prædictarum, nec non Privilegiorum dictorum Fratrum Minorum veriores tenores, ac alia in præmiſſis, etiam

PII IV.

Commendatio Societatis.

UVA. BHSC. BU 06252

PII IV. forsan de necessitate exprimenda, pro expressis habentes ; vosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes : vobis, ut Collegium per vos in dictâ civitate Palentinâ, ut præmittitur, erectum inhabitare, & inhabitari, ac in eo omnia & singula, quæ in aliis ejusdem Societatis Collegiis fieri, & exerceri solent, fieri, & exerceri facere, liberè ac licitè possitis, & valeatis, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium, de specialis dono gratiæ concedimus, & indulgemus, ac licentiam & liberam facultatem impartimur ; vosque à quibusvis censuris & pœnis, in vos præmissorum occasione forsan latis, motu simili absolvimus. Et ut via molestandi, & impediendi vos super similibus erectionibus in futurum ceteris præcludatur, Privilegium, ut præfertur, per præfatos prædecessores nostros vobis concessum, & confirmatum, tam quoad dictum in civitate Palentinâ erectum, quàm quoad alia quæcumque Collegia, Domos, Ecclesias, & Oratoria in quibusvis mundi partibus per vos hactenus erecta, & in posterum erigenda, motu simili approbamus, & confirmamus, ac de novo conce-

Erectio Collegii Palentini approbatur.

Confirmatio, & nova concessio Collegia ubique terrarum erigendi.

UVA. BHSC. BU 06252

concedimus, illique perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus: ac oppositionem, & contradictionem dictorum Fratrum Minorum, nullum vobis quoad dictum, & alia Collegia, Ecclesias, & domos per vos hactenus erecta, & in posterum erigenda, præjudicium attulisse, vel in futurum afferre posse; sed privilegium per nos confirmatum, & de novo concessum hujusmodi, perpetuò illæsum, & illibatum fore, & esse; sicque per quoscumque Iudices & Commissarios, etiam S.R.Ecclesiæ Cardinales, ac sacri Palatii Apostolici caussarum Auditores, sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, definiri, & interpretari debere; & quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Quocircà universis, & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis personis in dignitate Ecclesiasticâ constitutis, per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet, per se, vel alium, seu alios præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestrâ, aut alicujus vestrum fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis

Pii IV.

Deputantur Iudices, conservatores.

UVA. BHSC. BU 06252

PII IV. præsidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ, vos decreto, confirmatione, concessione, indulto, licentiâ, facultate, & absolutione, ac aliis præmissis pacificè gaudere: ac easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, perpetuò inviolabiliter observari: Non permittentes vos super eisdem præmissis, vel eorum aliquo, per dictos Ordinis Minorum, vel alios aliorum quorumcumque Ordinum Religiosos, seu locorum Ordinarios, aut alios quoscumque judices, & personas cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, & quacumque etiam Pontificali, Regia, vel alia auctoritate fungantur, publicè vel occultè, directè vel indirectè, tacitè vel expressè quovis quæsito colore, vel ingenio impediri, molestari, vel aliàs quomodolibet inquietari: Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia juris opportuna remedia, appellatione postpositâ, compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac felicis recordationis BONIFACII Octavi, prædecessoris nostri, de una, & in Concilio generali, de duabus dietis, dummodò non ultra tres dietas quis auctoritate præsentium ad judicium trahatur, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nostrisque de jure quæsito non tollendo, & aliis Cancellariæ Apostolicæ regulis; nec non dicti Ordinis Fra-

Non obstantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

Fratrum Minorum, etiam juramento, confir- PII IV.
matione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia
roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privile-
giis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ei-
dem Ordini Fratrum Minorum, & aliis qui-
buſvis, etiam Mendicantium Ordinibus, illo- *Derogatur privilegiis quorumvis Ordinum, etiam quantum ad cannas.*
rumque Superioribus, etiam ſuper non ædifi-
candis Eccleſiis, Domibus, & Collegiis alia-
rum Religionum intra centum quadraginta
cannas ab eorum cœnobiis, & conventibus, ac
aliàs ſub quibuſvis tenoribus, & formis per
quoſcumque Romanos Pontifices, & noviſſi-
mè per felicis recordationis PAVLVM IV.
prædeceſſores noſtros conceſſis, confirmatis,
& innovatis, ac omnibus aliis, quæ præfati
PAVLVS & IVLIVS prædeceſſores noſtri, in
eorum reſpectivè litteris voluerunt non ob-
ſtare; nec non quacumque lite inter vos, &
Fratres prædictos, ſeu alios cujuſcumque Or-
dinis, vel Religionis exiſtant, coram quibuſ-
cumque judicibus, & in quacumque inſtantiâ
forſan pendente, cujus ſtatum, actus, & meri-
ta, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, no-
minaque & cognomina Iudicum coram qui-
bus pendet, præſentibus haberi volumus pro
expreſſis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illo-
rum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque
totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, &
individua, ac de verbo ad verbum, non tamen
per clauſulas generales idem importantes,

UVA. BHSC. BU 06252

PII IV. mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda foret, tenores illorum, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat motu simili specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die decimatertiâ Aprilis, M. D. LXI. Pontificatus nostri anno secundo.

Cæ. Glorierius.

UVA. BHSC. BU 06252

PII IV.

CONFIRMATIO

Et extensio facultatis conferendi gradus in Artibus & Theologiâ : nec non exemptionis à qualibet decimarum & impositionum solutione.

ANNO M. D. LXI.

Dilectis filiis Præposito Generali, & universæ Societati IESV.

PIVS PAPA IV.

DIlecti filii, salutem & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecistis, quod cùm vestræ Societati, per fel. rec. IVLIVM Tertium Romanum Pontificem prædecessorem nostrum concessum sit, ut ejus Collegiorum, extra studiorum generalium Vniversitates constitutorum, Scholares absoluto studiorum suorum cursu, & rigoroso examine præcedente, à Generali Præposito pro tempore existente, vel de ejus licentiâ,

Iulii III. Concessio circa promovendos ad gradus.

UVA. BHSC. BU 06252

Pii IV. tiâ, à quolibet ex Præpositis vel Rectoribus Collegiorum Societatis hujusmodi, cum duobus vel tribus Doctoribus, vel Magistris, ad id per eos eligendis, quoscumque Baccalaureatus, Licentiaturæ, Magisterii & Doctoratus, in Artibus & Theologiâ gradus accipere; & postquam promoti fuerint, in eis legere, disputare, & alios quoscumque actus ad id necessarios facere & exequi; omnibusque & singulis privilegiis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, antelationibus, favoribus, gratiis & indultis, quibus alii in Universitatibus studiorum generalium, rigoroso examine prævio, ac aliàs juxta illarum ordinationes, usus, ritus, & mores pro tempore promoti, de jure, vel consuetudine, aut aliàs quomodolibet, uti, potiri, & gaudere possint; non solùm ad eorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, absque ullâ penitùs differentiâ, uti, potiri, & gaudere valeant in omnibus & per omnia, perinde ac si gradus in Universitatibus, & non in Collegiis hujusmodi accepissent: Ac dicta Societas, sua etiam in diversis Universitatibus habeat Collegia, in quibus artes liberales, etiam Theologia, aliaque litterarum studia diligenter tractantur, & quorum Scholares partim propter obligationes & juramenta, per inibi promovendos præstari solita, partim ob nimias, quæ ibi fieri solent impensas, ab eisdem Universitatibus, earum-

Non expedire, ut Nostri promoveantur in Universitatibus, propter obligationes, juramenta, & expensas.

UVA. BHSC. BU 06252

rumque Rectoribus, & deputatis promoveri non expediat. Prætereà, quòd quamvis rec. me. PAVLVS Papa III. prædeceſſor eamdem Societatem, ejuſque perſonas à decimarum, & aliarum quarumcumque impoſitionum ſolutione exemerit, prout in ipſorum prædeceſſorum litteris deſuper confectis pleniùs continetur; ipſique prædeceſſores in privilegio hujuſmodi vobis conceſſo, ejus intentionis fuiſſe credantur; quia tamen id diſertis verbis non uſquequaque explicatum, nec in exemptione vobis conceſſa hujuſmodi, de Domibus probationis, & Collegiis ejuſdem Societatis, (non tamen profeſſorum Domus) quæ juxta regularia illius inſtituta bona ſtabilia habent, aut habere poſſunt, ſpecialis mentio facta fuit; moleſtiam vobis inferri, ac Domus probationis, & Collegia veſtra præfata ſuper exemptione hujuſmodi perturbari poſſe, tempore procedente timetis. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quatenus privilegiis, & exemptioni, ac deſuper confectis litteris præfatis, pro firmiori illorum ſubſiſtentiâ, approbationis noſtræ robur adjicere; illaque, ut infrà dicetur, declarare, ampliare, & aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur, qui votivum Religionis veſtræ profectum, ſincerè paternæ caritatis affectu libenter amplectimur, litterarum prædictarum veriores tenores, ac quarum-

PIVS IV.

Exemptio à Paulo III. conceſſa ſuper decimarum & impoſitionum ſolutione.

UVA. BHSC. BU 06252

PII IV.

rumcumque litium & caussarum vobis per quoscumque desuper motarum statum, & merita, ac nomina, & cognomina Iudicum, & collitigantium, ac titulos eorum præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, privilegia, & exemptionem, ac cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis litteras, prædicta, & illorum vigore Domos & Collegia vestra ubilibet constructa, & alia inde secuta quæcumque, juxta tenorem litterarum eorumdem prædecessorum, Apostolicâ auctoritate, ex certâ scientiâ confirmamus & approbamus; ac etiam plenariè innovamus, & de novo quatenus sit opus concedimus: nec non illis perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omnesque & singulos juris & facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplemus: & nihilominùs pro potiori cautelâ, universam Societatem, omniaque, & singula illius, Domos probationis, & Collegia ubilibet consistentia, præsentia & futura, eorumque personas, fructus, reditus, proventus, etiam bonorum Ecclesiasticorum, sæcularium, & regularium quorumcumque illis pro tempore unitorum, aliasque res, & bona quæcumque, à quibusvis decimis, etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & aliis fructuum partibus, subsidiis, etiam caritativis, & aliis ordinariis oneribus, etiam pro expedi-

Exemptionis prædictæ confirmatio, & nova concessio.

Exemptionis prædictæ declaratio, & extensio.

UVA. BHSC. BU 06252

peditione contra infideles, defenſione patriæ, ac aliàs quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam pro tempore impoſitis, etiamſi in illorum impoſitione caveatur, quòd nulla prorſus exemptio cuiquam adverſus illa ſuffragetur, ita quòd Societas, ejuſque Domus, Collegia, fructus, res, & bona præfata ſemper ab illis, abſque declaratione deſuper faciendâ, excepta ſint, & eſſe cenſeantur, perpetuò liberamus & eximimus. Et inſuper tibi moderno, & pro tempore exiſtenti Præpoſito Generali dictæ Societatis, ut per te, vel illum, ſeu aliquem ex Præpoſitis, vel Rectoribus Collegiorum veſtrorum, tam in Vniverſitatibus Studiorum generalium, quàm extra illas ubilibet conſiſtentium, in quibus ordinariæ Studiorum artium liberalium, & Theologiæ lectiones habebuntur, curſuſque ordinarii peragentur, ut dictæ Societatis Scholares, & pauperes externos, qui dictas lectiones frequentaverint, & etiam divites (ſi Officiales Vniverſitatum eos promovere recuſaverint) cùm per examinatores veſtræ Societatis idonei ſint inventi (ſolutis tamen per divites ſuis juribus Vniverſitatibus) in veſtris Collegiis Vniverſitatum quarumcumque, & in aliis extra Vniverſitates conſiſtentibus Collegiis veſtris, alios quoslibet Scholares, qui inibi ſub eorumdem Collegiorum obedientiâ, directione, vel diſci-

PII IV.

Facultas conferendi gradus in Collegiis Societatis, ubi lectiones Theologiæ & curſus ordinarii peraguntur.

Quomodo Noſtri Scholares, & externi pauperes, & divites ad gradus poſſint à Noſtris in Vniverſitatibus promoveri.

UVA. BHSC. BU 06252

Pii IV.

Vbi non est Vniversitas, Nostri & externi Scholares ad gradus promoveri possunt in Collegiis, ubi studuerint.

disciplina studuerint, ad quoscumque Baccalaureatus, Licentiaturæ, Magisterii, & Doctoratus gradus præfatos, ac aliàs in reliquis juxta litterarum IVLII prædecessoris prædicti tenorem promovere; ipsique sic promoti privilegiis, aliisque in eisdem litteris contentis plenariè uti, potiri, & gaudere liberè & licitè valeant, auctoritate præfata concedimus, & indulgemus; ac ejusdem IVLII prædecessoris litteras ad præmissa extendimus & ampliamus.

Concessio Iulii III. de gradibus ad præmissa extenditur, & ampliatur.

Nec non præsentes litteras, & in eis contenta de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis defectu quovis prætextu, quæsitove colore, nullo unquam tempore notari vel impugnari posse, nec sub quibusvis suspensionibus, revocationibus, derogationibus, vel limitationibus similium vel dissimilium gratiarum, à nobis & Sede Apostolicâ, ex quavis caussa, pro tempore emanatis, ullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, & de novo concessas fore, vobisque, & universæ Societati, singularibusque personis, & aliis præmissis omnino suffragari: & sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices & Commissarios, etiam S.R.E. Cardinales, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari & definiri debere: ac quidquid secus à quoquam, quavis auctorita-

te,

UVA. BHSC. BU 06252

te, ſcienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quocircà univerſis, & ſingulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtrâ fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, vobiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtrâ præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque firmiter obſervari : voſque privilegiis, exemptione, ac aliis omnibus & ſingulis præmiſſis pacificè frui & gaudere: non permittentes vos deſuper, vel aliquem veſtrûm, aut alios, quorum intereſt, per quoſcumque quavis auctoritate fungentes, contra præmiſſa quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoslibet & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo : invocato etiam ad hoc, ſi opus ſit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, & præſertim illa de non tollendo jure quæſito, ac piæ memoriæ BONIFACII Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de unâ, & Concilii gene-

PIE IV.

Deputantur Iudices conſervatores.

Non obſtantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

PII IV. generalis de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium, ad judicium non trahatur, nec non quibuſvis aliis Apoſtolicis ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & ordinationibus; nec non quorumcumque Vniverſitatum, ordinum, conventuum, & aliorum locorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, illis eorumque Superioribus, & perſonis in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam in formâ Brevis, tam per Nos, quàm quoſvis prædeceſſores noſtros, ac etiam dictæ Sedis Legatos, etiam ad quorumvis Imperatorum, Regum, Ducùm inſtantiam, aut etiam motu proprio, & ex certâ ſcientiâ, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut & Conſiſtorialiter etiam per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam Mari magno, Bullâ aureâ aut aliàs nuncupatis. Quibus omnibus etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem

UVA. BHSC. BU 06252

tem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus non ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam ac expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Epiſcopi, vel perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ ipſis originalibus litteris haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die XIX. Auguſti, M. D. LXI. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

PII IV.

Tranſumptis habeatur fides.

Cæ. Glorierius.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V.

CONFIRMATIO

Et extensio Privilegii Societatis contra Apostatas.

ANNO M. D. LXV.

PIVS EPISCOPVS *Servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

ÆQuum reputamus, & rationi consonum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratiâ præcesserunt, licet ejus superveniente obitu litteræ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum consequantur effectum. Dudum siquidem fel. rec. PIO Papæ IV. prædecessori nostro, pro parte carissimi in Christo filii nostri, tunc sui, Sebastiani Portugalliæ & Algarbiorum Regis illustris, ac dilectorum filiorum Præpositi Generalis, & Religiosorum Societatis IESV, exposito, quòd licet aliàs piæ memoriæ PAVLVS Papa Tertius etiam prædecessor noster, in sui, dictæque Societatis favorem inhibuisset, ne quis post emissa vota in dictâ Societate, secundùm illius Constitutiones, sive Professus, sive Scholaris, sive Coadjutor

Concessio Pauli III. contra Apostatas Societatis.

UVA. BHSC. BU 06252

tor Societatis hujusmodi ille esset, ad quemvis alium ordinem, etiam per Sedem Apostolicam approbatum (ordine Carthusiensium dumtaxat excepto) nisi de expressa ipsius Præpositi, aut Sedis licentiâ transferri posset: Volens, & concedens quòd Generalis, & alii inferiores Præpositi dictæ Societatis, per se vel per alios, sic egressos, ac alios quoscumque dictæ Societatis Apostatas, in quocumque habitu illos contingeret inveniri, excommunicare, capere, & incarcerare, aut aliàs suæ disciplinæ submittere, & ad id, si opus foret, auxilium brachii sæcularis invocare, liberè & licitè valerent, prout in ipsius PAVLI prædecessoris litteris desuper confectis pleniùs dicebatur contineri: ac inhibitio, voluntas, & concessio PAVLI prædecessoris hujusmodi, quæ tranquillitatem, conservationem, & commune bonum dictæ Societatis concernebant, ab omnibus illius Religiosis humiliter servari debuissent: nihilominùs nonnulli animi levitate, ut credebatur, ducti, ac quietem labori, cui proculdubio Religiosi Societatis hujusmodi, pro excolendâ & propagandâ Christianâ Religione continuò erant expositi; ac privatum commodum, publicæ tam dictæ Societatis, quàm Christianæ reipub. utilitati indiscretè præferentes, fucatisque coloribus asserentes, se id facere ob frugem melioris vitæ, aut strictioris observantiæ, seu non obtentâ Superiorum licentiâ,

Pii V.

Quibus de causis è Societate nonnulli ad religionem aliam transire voluerint.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. centiâ, ad alios, etiam Fratrum Mendicantium, ordines tranſire poſſe jactabant, & forſan aliqui de facto jam tranſierant. Alii verò (quod turpius erat) ambitiosâ cupiditate moti, poſtquàm ſe Deo dediderant, ſæculi libertatem quærentes, ad illud reverti, & in illo palàm degere non dubitaverant, nec dubitant, in animarum ſuarum detrimentum, ac Societatis prædictæ non modicum præjudicium & jacturam. Et niſi opportuno aliquo remedio, dictæ Societatis indemnitati, tranquillitati, & conſervationi conſuleretur, verendum erat, ne Societas ipſa, quæ in erudiendis & docendis viris, qui Chriſtianæ Reipub. per verbi Dei prædicationem prodeſſent, & Catholicam fidem in remotiſſimis etiam Braſiliæ partibus propagarent & ſeminarent, ſedulò intendebat; taliter deluſa & defraudata viris ſuâ impensâ & labore edoctis, careret litteratis, qui operam in vineâ Domini, juxta ipſius Societatis inſtituta, moremque, præſtari & exerceri ſolitam, valerent adimplere. Idcircò pro parte, tam Sebaſtiani Regis, ſe & Religioſorum Societatis hujuſmodi opera & doctrina plurimùm uti afferentis, quàm Præpoſiti Generalis, ac Religioſorum præfatorum, eidem PIO prædeceſſori humiliter ſupplicato, quatenus ipſius Societatis quieti & conſervationi proſpicere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaretur; præfatus

Societas non debet carere viris, ſuâ impenſâ & labore edoctis.

PIVS

UVA. BHSC. BU 06252

PIVS prædeceſſor, qui votis illis, quæ dictæ Religionis profectum concernebant, Catholicis Regibus præſertim inſtantibus, gratum præbere ſolebat aſſenſum, eoſdem Sebaſtianum Regem, ac Præpoſitum, & utrumque eorum, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſsâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, ad effectum infra ſcriptorum dumtaxat conſequendum, abſolvens, & abſolutos fore cenſens: nec non veriores litterarum PAVLI prædeceſſoris, ac Conſtitutionum Societatis prædictarum tenores, nec non modum, formam, & qualitates votorum, in ipsâ Societate, tam per Profeſſos, quàm Coadjutores, & Scholares ſuos hujuſmodi emitti ſolitorum, pro expreſſis habens, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, ſub Datum videlicet ſexto. Kal. Decemb. Pontificatus ſui anno ſexto; quòd nullus dictæ Societatis religioſus in litteris PAVLI prædeceſſoris hujuſmodi expreſſus, poſt emiſſa vota ſecundum illius Conſtitutiones, ſive Profeſſus, ſive Scholaris, ſive Coadjutor, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis ille foret, à dicta Societate exire, aut recedere, etiam prætextu cujuſvis indulti, ab eodem PIO prædeceſſore, vel alio Romano Pontifice pro tempore exiſtente, ſeu illius majo-

PII V.

Nullus poſt emiſſa vota, etiam cujuſvis indulti prætextu, poteſt à Societate exire abſque licentiâ obtentâ à ſuo Superiore.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. majore Pœnitentiario, aut aliquo Nuntio, vel Legato, etiam de Latere, impetrati, vel impetrandi, (quod etiam ex tunc surreptitium idem PIVS prædecessor declaravit) absque expressâ Superioris sui licentiâ ad id ab eo specialiter obtentâ, etiam quæsito colore ob frugem melioris vitæ, aut strictioris observantiæ, ad quemvis alium, etiam Minorum, vel aliorum Fratrum Mendicantium, Cistercienſium, vel S. Benedicti, aut aliorum Monachorum ordinem transire, vel etiam per Superiores ordinum hujusmodi suorumve Monasteriorum (præfato ordine Carthusienſium dumtaxat excepto) recipi seu admitti posset, seu præsumeret, sub pœnâ excommunicationis, tam per recipientes, quàm receptos, ac recedentes præfatos ipso facto incurrendâ, & quam idem PIVS prædecessor, ex tunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis protulit, & à quâ sic innodatus, præterquàm in mortis articulo, ab alio quam Romano Pontifice, vel Superiore Societatis hujusmodi absolui non posset. Quodque nihilominùs secus facta non tenerent, & nullius existerent efficaciæ, vel momenti; & insuper, ut qui pro tempore ab ipsâ Societate in Carthusienſium præfatum, vel de Superioris licentiâ, ad alium ordinem transire vellent, ad Carthusienſium videlicet, infra tres menses, à die quo ab ipsa Societate recessissent; ad alium vero Ordinem

Nullus de Societate potest transire ad alium Ordinem, præter Carthusienſium, sine licentiâ sui Superioris.

Transeuntes ad alium Ordinem, ut præfertur, & qui eos recipiunt, ac alias, qui recedunt a Societate, sunt ipso facto excommunicati: nec possunt absolvi nisi a Papâ, aut à Superiore Societatis.

Recedentes a Societate, infra quod tempus Carthusienſium, vel alium Ordinem tenentur ingredi, & sub quâ

UVA. BHSC. BU 06252

nem infra tempus eis à dicto Superiore præfigendum accedere ; illosque actualiter ingredi, & si in illis permanere nollent, aut non possent, absque ulla mora ad dictam Societatem regredi tenerentur, sub pœna excommunicationis præfata, quam tam ipsi Religiosi, quàm illos recipientes, vel eis auxilium, consilium, vel favorem præstantes, etiam incurrerent. Et nihilominùs si quis ex Religiosis præfatis, animo indurato aliquid in contrarium attentare præsumeret, vel à dicta Societate post in ea emissa vota, ut præfertur, absque Superioris licentia exiret, & in sæculo, vel alio etiam Regulari loco degere præsumeret ; liceret dicto Generali, aliisque dictæ Societatis Præpositis, & Superioribus, eosdem transgressores, & exeuntes, tamquàm Apostatas, etiam per auxilii sæcularis brachii invocationem, summariè, & sine figura judicii, ad dictam Societatem revocare, capere, & incarcerare, ac debitæ pœnitentiæ subjicere, auctoritate Apostolica, perpetuò statuit, ordinavit, præcepit, atque mandavit. Ac insuper eidem Societati, illiusque Generali, ac aliis Præpositis, & singularibus personis; quòd omnibus & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, favoribus, gratiis, & indultis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores suos, singulorum Mendicantium Fratrum Ordinibus, illorumque Superioribus, & Fratribus, in genere, vel

PII V. *pœnâ, quam etiam incurrunt illos recipientes, vel eis dantes auxilium, &c.*

Superioribus Societatis datur facultas procedendi contra dictos Apostatas.

Communicantur Societati omnia privilegia procedendi contra dictos Apostatas.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. majore Pœnitentiario, aut aliquo Nuntio, vel Legato, etiam de Latere, impetrati, vel impetrandi, (quod etiam ex tunc surreptitium idem PIVS prædecessor declaravit) absque expressâ Superioris sui licentiâ ad id ab eo specialiter obtentâ, etiam quæsito colore ob frugem melioris vitæ, aut strictioris observantiæ, ad quemvis alium, etiam Minorum, vel aliorum Fratrum Mendicantium, Cistercienſium, vel S. Benedicti, aut aliorum Monachorum ordinem transire, vel etiam per Superiores ordinum hujusmodi suorumve Monasteriorum (præfato ordine Carthusienſium dumtaxat excepto) recipi seu admitti posset, seu præsumeret, sub pœnâ excommunicationis, tam per recipientes, quàm receptos, ac recedentes præfatos ipso facto incurrendâ, & quam idem PIVS prædecessor, ex tunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in præmissis protulit, & à quâ sic innodatus, præterquàm in mortis articulo, ab alio quam Romano Pontifice, vel Superiore Societatis hujusmodi absolui non posset. Quodque nihilominùs secus facta non tenerent, & nullius existerent efficaciæ, vel momenti; & insuper, ut qui pro tempore ab ipsâ Societate in Carthusienſium præfatum, vel de Superioris licentiâ, ad alium ordinem transire vellent, ad Carthusienſium videlicet, infra tres menses, à die quo ab ipsa Societate recessissent; ad alium vero Ordinem

Nullus de Societate potest transire ad alium Ordinem, præter Carthusienſium, sine licentiâ sui Superioris.

Transeuntes ad alium Ordinem, ut præfertur, & qui eos recipiunt, ac alias, qui recedunt a Societate, sunt ipso facto excommunicati: nec possunt absolvi nisi a Papâ, aut à Superiore Societatis.

Recedentes à Societate, infra quod tempus Carthusienſium, vel alium Ordinem tenentur ingredi, & sub quâ

UVA. BHSC. BU 06252

nem infra tempus eis à dicto Superiore præfigendum accedere ; illoſque actualiter ingredi, & ſi in illis permanere nollent, aut non poſſent, abſque ulla mora ad dictam Societatem regredi tenerentur, ſub pœna excommunicationis præfata, quam tam ipſi Religioſi, quàm illos recipientes, vel eis auxilium, conſilium, vel favorem præſtantes, etiam incurrerent. Et nihilominùs ſi quis ex Religioſis præfatis, animo indurato aliquid in contrarium attentare præſumeret, vel à dicta Societate poſt in ea emiſſa vota, ut præfertur, abſque Superioris licentia exiret, & in ſæculo, vel alio etiam Regulari loco degere præſumeret; liceret dicto Generali, aliiſque dictæ Societatis Præpoſitis, & Superioribus, eoſdem tranſgreſſores, & exeuntes, tamquàm Apoſtatas, etiam per auxilii ſæcularis brachii invocationem, ſummariè, & ſine figura judicii, ad dictam Societatem revocare, capere, & incarcerare, ac debitæ pœnitentiæ ſubjicere, auctoritate Apoſtolica, perpetuò ſtatuit, ordinavit, præcepit, atque mandavit. Ac inſuper eidem Societati, illiuſque Generali, ac aliis Præpoſitis, & ſingularibus perſonis; quòd omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, favoribus, gratiis, & indultis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, ſingulorum Mendicantium Fratrum Ordinibus, illorumque Superioribus, & Fratribus, in genere, vel

Pii V. pœnâ, quam etiam incurrunt illos recipientes, vel eis dantes auxilium, &c.

Superioribus Societatis datur facultas procedendi contra dictos Apoſtatas.

Communicantur Societati omnia privilegia procedendi contra dictos Apoſtatas.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. in ſpecie, etiam ſuper ſuis Religioſis alterutrùm non recipiendis, quomodolibet conceſſis, & approbatis, ac quibus illi utebantur, potiebantur, & gaudebant, uti, potiri, & gaudere liberè & licitè valerent, eadem auctoritate conceſſit & indulſit. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere. Ac quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentari contingeret, irritum & inane decrevit. Non obſtantibus præmiſſis, ac recolendæ memoriæ INNOCENTII Papæ III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, *Licet*, & aliis quibuſvis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ordinum prædictorum, & aliis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam Mendicantium, & aliis quibuſvis Ordinibus, eorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciòribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis

Non obſtantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſervanda foret, idem Pivs prædeceſſor, illorum omnium tenores pro ſufficienter expreſſis habens, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, eâ vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogavit, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Ne autem de abſolutione, ſtatuto, ordinatione, inhibitione, præcepto, mandato, indulto, conceſſione, decreto, & derogatione præfatis pro eo quòd ſuper illis ipſius Pii prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſique Sebaſtianus Rex, ac Præpoſitus, & Societas hujuſmodi illorum fruſtrentur effectu, volumus, & ſimiliter dictâ Apoſtolicâ auctoritate decernimus, quòd ſtatutum, ordinatio, inhibitio, præceptum, mandatum, indultum, conceſſio, decretum, & derogatio Pii prædeceſſoris hujuſmodi, perinde à dictâ die VI. Kalendas Decembris, ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Pii prædeceſſoris litteræ, ſub ejuſdem diei Datum confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur: quodque præſentes litteræ ad probandum plenè abſolutionem, ſtatutum, ordinationem, inhibitionem, præceptum, mandatum, indultum, conceſſionem, decretum, & derogationem Pii

Pii V.

Hæc Pii contra Apoſtatas conceſſio à die 26. Novembris anno 1565. ſortitur ſuum effectum.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. prædecessoris hujusmodi, ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Quocircâ venerabilibus fratribus nostris Toletan. & Avinionen. Archiepiscopis, ac Episcopo Leodien. per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Sebastiani Regis, vel Præpositi Generalis Societatis hujusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate nostra, illos statuto, ordinatione, inhibitione, præcepto, mandato, indulto, concessione, decreto, & derogatione prædictis pacificè frui & gaudere: non permittentes eos, vel eorum aliquem, desuper per quoscumque quavis auctoritate fungentes, quomodolibet indebitè molestari; contradictores quoslibet ac inobedientes, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione postposita, compescendo; nec non legitimis super his habendis servatis processibus illos censuras & pœnas prædictas incurrisse declarando, easque etiam iteratis vicibus aggravando, & auxilium brachii sæcularis, si opus fuerit, invocando. Non obstantibus sanctæ memoriæ BONIFACII Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri,

Deputantur Judices conservatores.

UVA. BHSC. BU 06252

ſtri, quâ cavetur, ne quis extra ſuam civitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Iudices à dictâ Sede deputati extra civitatem, vel diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere præſumant; & de duabus dietis in Concilio generali editâ, dummodò quis ultra tres dietas auctoritate præſentium, ad judicium non trahatur: & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus contrariis quibuſcumque omnibus ſuprà dictis, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto, ſextodecimo Kal. Februarii, Pontificatus noſtri anno primo.

PIIV.

Io. Bapt. Fauchier.

F. de Torres.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. PII V.

CONFIRMATIO Constitutionum Societatis circa contractus non capitulariter celebrandos.

ANNO M. D. LXVIII.

PIVS EPISCOPVS *Servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

Ampla commendatio Societatis.

INnumerabiles fructus, quos benedicente Domino, Christiano orbi Societas IESV, viros litterarum præcipue sacrarum scientiâ, religione, vitâ exemplari, morumque sanctimoniâ perspicuos, multorum religiosissimos præceptores, ac verbi divini, etiam apud longinquas & barbaras illas nationes, quæ Deum penitùs non noverant, optimos prædicatores & interpretes producendo, felicissimè hactenus attulit, & adhuc sollicitis studiis afferre non desistit, animo sæpius revolventes nostro, libenter non solùm ea, quæ aliàs in ipsius Societatis favorem à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, Nobisque, & aliis emanata sunt, ut firmiùs subsistant cùm à nobis petitur, Apostolicæ & perpetuæ firmitatis robore, verùm

UVA. BHSC. BU 06252

verùm etiam Societatem ipſam, quantum nobis ex alto conceditur, ſpecialibus favoribus & gratiis munimus. Sanè exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Religioſorum dictæ Societatis petitio continebat, quòd litteris tam felicis recordationis PAVLI III. ſub milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, quàm piæ memoriæ IVLII III. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ſub milleſimo quingenteſimo quinquageſimo annis Incarnationis Dominicæ, reſpectivè confectis, per dictorum Pontificum ſucceſſores, & Nos confirmatis, in favorem ipſius Societatis emanatis, ac illius Conſtitutionibus, omnimoda Collegiorum ipſius Societatis gubernatio, ad pro tempore exiſtentem Præpoſitum Generalem, vel ipſam Societatem ſpectet: Indeque fit, ut neque Collegia præfata Capitulum habeant, neque capitulariter ad quævis peragenda congregentur; omniſque facultas celebrandi contractus ex eiſdem Conſtitutionibus, penes Præpoſitum præfatum reſideat, quod etiam Generalis Congregatio ad commodiorem Societatis hujuſmodi negotiorum expeditionem, utile, imò neceſſarium judicans, voluit, & publico inſtrumento decrevit & declaravit. Quare pro parte eorumdem Religioſorum nobis humiliter ſupplicatum fuit, quatenus litteris, & Conſtitutionibus, ac voluntati, decreto, & declarationi præfa-

PII V.

Iuxta Bullas Pauli III. & Iulii III. & ex conſtitutionibus, Collegiorum gubernatio penes Generalem, vel Societatem exiſtit.

In Collegiis capitula non congreganter.

Facultas celebrandi contractus ad Præpoſitum Generalem ſpectat, juxta conſtitutiones, & decretum congregationis.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. præfatis, pro illorum firmiori ſubſiſtentiâ, robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac præmiſſa eidem Societati de novo concedere, aliaſque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui Societatem præfatam, nobis, & Apoſtolicæ Sedi apprimè caram, ſingulari paternoque amore proſequimur, Religioſos præfatos, eorumque ſingulos, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes: Nec non litterarum, & Conſtitutionum, ac decreti, & declarationis prædictorum tenores, ac Datum præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, litteras & Conſtitutiones, ac voluntatem, & decretum, nec non declarationem, prædicta, prout præmiſſa concernunt, ex certa ſcientia, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus. & infrà. Volumus autem, & eadem Apoſtolica auctoritate decernimus, quòd præſentium litterarum tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Curiæ Ecclé-

Superiora confirmat Pontifex.

Tranſumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

cleſiaſticæ, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vel Canonici alicujus Cathedralis, ſeu Collegiatæ Eccleſiæ munitis, eadem prorſus fides ubilibet in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur ſi exhibitæ forent vel oſtenſæ. Nulli, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXVIII. III. Kal. Maii, Pontificatus noſtri anno tertio. PII V.

Io. Barengus.

Io. Bapt. Fauchier.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V.

PRIVILEGIA

Circa prælectiones in Collegiis, etiam ubi aliorum sunt Universitates, declarantur. Alia item in Scholarium favorem, Societatis scholas frequentantium conceduntur.

ANNO M. D. LXXI.

PIVS PAPA V. *Ad perpetuam rei memoriam.*

CUm litterarum studia ad benè beateque vivendum summoperè conferre censeamus, ad ea libenter attendimus, per quæ Magistrorum numerum, jamdudum in publicis studiorum Vniversitatibus institutum, non solùm conservemus, sed etiam, quantum cum Deo possumus, per amplius augeamus. Exhibita sanè nobis nuper pro parte dilecti filii Præpositi Generalis Societatis IESV, petitio continebat, quòd licet ipsa Societas in Collegiis, tam extra quàm intra studiorum generalium Vniversitates constitutis, varios Philosophiæ,

UVA. BHSC. BU 06252

PII V.

phiæ, & Theologiæ Profeſſores manutenere ſtuduerit; ad effectum, ut non ſolùm dictam Societatem ingreſſi, ab illis eruditi, ſperatos in vineâ Domini fructus portare poſſent; verùm etiam, ut diverſarum nationum juvenes, qui Magiſtrorum penuriâ litteris operam dare deſiſtebant, hac commoditate allecti, rectè vivendi normam edocti, ſapientiæque donum amplexi, litteris ſimul & bonis operibus proficerent: ac propterea, prout etiam Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſuffulti, id facere omnino poterant, ſemper curaverint, ut illarum ſtudioſi tam lectionibus, quàm diſputationibus, & aliis ſcholaſticis exercitationibus excolerentur; nihilominùs, cùm in quibuſdam Vniverſitatibus quorumdam privilegiorum prætextu eveniat, ut qui in Collegiis Societatis hujuſmodi eorum curſus confecerunt, illi eis ad gradus ſuſcipiendos minimè ſuffragentur, interdum etiam ſcholaſticis ipſis prohibeatur ne hujuſmodi lectiones ſub pœnâ excluſionis à gradibus prædictis, & aliis forſan cenſuris audiant, in magnum inibi proficere ſtudentium detrimentum, & legere ac laborare ſatagentium, vilipendiũ & gravamen. Quare idem Præpoſitus Generalis, cui nil aliud cordi eſt, quàm Catholicæ fidei, quæ plurimùm ex hac ratione propagari poteſt, conſervatio, nobis humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. mur. Nos, qui quorumlibet privilegia, præsertim ex quibus communis utilitas provenit, illibata ubique cupimus præservari; eumdem Præpositum Generalem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione vel caussa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; nec non litterarum, & aliorum quorumcumque dictæ Societatis super hoc illi concessorum privilegiorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolicâ per præsentes decernimus & declaramus, quòd Præceptores hujusmodi Societatis, tam litterarum humaniorum, quàm liberalium Artium, Theologiæ, vel cujusvis earum facultatum in suis Collegiis, etiam in locis, ubi Vniversitates extiterint, suas lectiones, etiam publicas legere (dummodò per duas horas de manè, & per unam horam de serò cum lectoribus Vniversitatum non concurrant) liberè & licitè possint; quodque quibuscumque Scholasticis liceat in hujusmodi Collegiis lectiones, & aliás scholasticas exercitationes frequentare, ac quicumque in eis Philosophiæ, vel Theologiæ Auditores fuerint, in quavis Vniversitate ad gradus admitti

Præceptores Societatis possunt, etiam ubi Vniversitates sunt, publicè legere, quibusdam horis exceptis.

Externi possunt Societatis lectiones frequentare: & debent in Vniversitatibus ad gradus admitti.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V.

mitti poſſint; & curſuum, quos in Collegiis prædictis confecerint, ratio habeatur, ita ut ſi in examine ſufficientes inventi fuerint, non minùs, ſed pariformiter, & abſque ulla penitùs differentia, quàm ſi in Vniverſitatibus præfatis ſtuduiſſent, ad gradus quoſcumque, tam Baccalaureatus, quàm Licentiaturæ, Magiſterii, & Doctoratus admitti poſſint, & debeant; eiſque ſuper præmiſſis ſpecialem licentiam & facultatem concedimus. Diſtrictiùs inhibentes Vniverſitatum quarumcumque Rectoribus, & aliis quibuſcumque ſub excommunicationis majoris, aliiſque arbitrio noſtro moderandis, infligendis, & imponendis pœnis, ne Collegiorum hujuſmodi Rectores, & Scholares in præmiſſis quovis quæſito colore moleſtare audeant vel præſumant. Decernentes quoque præſentes litteras ullo unquam tempore de ſubreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi ullatenus poſſe: ſicque per quoſcumque Iudices & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac cauſſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi fa-

Inhibetur Vniverſitatum Rectoribus & aliis.

Hæ litteræ ſub quibuſvis derogationibus non comprehendi duntur.

Iudices qui aſſiſtant.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. cultate, judicari debere; irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Valentin. & Epiſcopo Segobien. & dilecto filio cauſſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipſius Præpoſiti Generalis, vel pro eo agentium fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant omnes, quos præſentes litteræ concernunt, præmiſſis omnibus pacificè frui & gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari; contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras & pœnas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggravando, & interdictum Eccleſiaſticum apponendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis BONIFACII Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodò

Non obſtantibus, &c.

ultra

UVA. BHSC. BU 06252

ultra tres dietas quis, vigore præſentium, ad judicium non extrahatur; ac aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis tam prædictis, quàm quibuſvis aliis Vniverſitatibus, & Collegiis, ac quibuſcumque perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus in genere, vel in ſpecie, ac ſub quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolicâ ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate

PIVS V.

Tranſumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. Eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die x. Martii, M. D. LXXI. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Cæ. Glorierius.

PII V.

DECLARATVR

Societas ex inſtituti ratione Mendicans, aliiſque Mendicantium ordinibus connumeratur, & privilegiis æquatur.

ANNO M. D. LXXI.

PIVS PAPA V. *Ad perpetuam rei memoriam.*

DVm indefeſſæ conſiderationis intuitu perſcrutamur, quantam Chriſtianæ Reipublicæ utilitatem attulerint dilecti filii Presbyteri Societatis IESV; ac planè conſpicimus eos vere mundi hujus relictis illecebris, adeò Servatori

UVA. BHSC. BU 06252

vatori suo se dedicasse, ut conculcatis thesau- PII V.
ris, quos ærugo & tinea comedit; lumbisque
paupertate, & humilitate præcinctis, non con-
tenti terrarum finibus, usque ad Orientales &
Occidentales Indias penetraverint; ac eorum
aliquos ita Domini amor perstrinxerit, ut
etiam proprii sanguinis prodigi, ut verbum
Dei inibi efficacius plantarent, martyrio vo-
luntario se supposuerint; perque eorum spiri-
tualia exercitia etiam regna ipsa fidem Christi
agnoverint; ac tam inibi, quàm ubique terra-
rum, caritatis & misericordiæ opera exercere
studeant; facere nullo modo possumus, quin
eos tamquam veros palmites in Christo per
caritatem conjunctos, & benignè amplecta-
mur, & ea sibi specialiter concedamus, quæ &
paupertatis per eos emissæ voto, & eorum in-
stituto ac commoditati credimus profutura.
Hinc est quod Nos attendentes, quod licet di- *Societas Mendicans existit.*
lecti filii Præpositus Generalis, & Presbyteri
Societatis hujusmodi, tum quia ipsa Societas
mendicans existit (quippe quæ ex ejus institu-
to, & Constitutionibus Apostolicâ auctorita-
te confirmatis, bona stabilia possidere nequit,
sed incertis eleemosynis, fideliumque largitio-
nibus & subventionibus vivit) tum quia non
minus quam ceteri mendicantes in excolendâ
vineâ Domini assiduè laborant, fructusque in-
gentes & salutiferos producunt, ac propterea
eisdem privilegiis, indultis, & gratiis Fratri-

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. bus Mendicantibus hactenus concessis uti, frui, potiri, & gaudere meritò possint ac debeant. Cum tamen illud aliquando in controversiam deduci posset, ex eo quod dicta Societas Collegia habeat secum adjuncta ; Nos ambiguitatem hujusmodi omnino amputare volentes, eosdemque Præpositum & Societatem, eorumque singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; nec non dictæ Societatis instituti, Constitutionum & dispositionum, tam de jure quàm ab homine provenientium, nec non Privilegiorum, immunitatum, indulgentiarum, & gratiarum Mendicantibus Fratribus hujusmodi, quomodolibet concessorum, ac litterarum desuper confectarum tenores præsentibus pro expressis habentes ; Motu proprio, non ad ipsorum Præpositi Generalis, & Societatis, vel alicujus eorum, aut alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex merâ liberalitate, & certâ scientiâ nostris, illam, & illius Præpositum, ac singulas personas Societatis hujusmodi verè, & non ficte, mendicantes fuisse, esse, & fore ; & inter aliorum Fratrum & Religiosorum Mendican-

Societatem inter Mendicantium Ordines connumerari debere, declaratur.

UVA. BHSC. BU 06252

dicantium Ordines, aliosque Fratres, & Religiosos mendicantes, prout illos nos connumeramus, & connumerari debere: ac omnes & singulas tam juris, quam hominum dispositiones in favorem religiosorum, seu Fratrum Mendicantium nunc, & pro tempore emanatas, etiam in Societate, illiusque Domibus, Collegiis, Præposito, & aliis religiosis locũ habere: Nec non omnia & singula quæcumque, quotcumque, & qualiacumque sint, etiam speciali notâ digna Privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, concessiones, indulta, indulgentias, peccatorũ remissiones, & gratias tam spirituales quam temporales, litterasque Apostolicas, etiam justitiam, sive mixtim concernentia, hactenus per Nos, & quoscumq; alios Romanos Pontifices, tam prædecessores, quam successores nostros, & denique Sedẽ Apostolicam & illius Legatos de latere, sive Nũtios, & quascumque alias personas, quavis auctoritate fungentes, etiam motu, & scientia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, tam in genere, quàm in specie, & tam communiter, & conjunctim, quam particulariter, & divisim, etiam per modũ extensionis, seu communicationis, & alias quomodolibet, quibusvis Ordinibus Fratrum & Sororum Mendicantiũ quocumq; nomine nuncupentur, illorumque congregationibus, conventibus, & capitulis, ac utriusque sexus personis, ac illorum

Dispositiones qualibet in favorem Mendicantium, locum habent etiam in Societate.

Gratiæ & privilegia omnia Mendicantibus Ordinibus concessa, & concedenda, Societati concedun-tur.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Hospitalibus, & aliis piis locis hactenus concessa, & in posterum concedenda (quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro expressis & insertis haberi volumus) eisdem Præposito, ac Societati, & omnibus illius personis, Domibus ac Collegiis ubique terrarum sitis, ita quòd Societas, Domus, Collegia, Præpositus, & personæ hujusmodi omnibus, & singulis prædictis Privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, gratiis, & litteris eisdem Fratrum, & Sororum Mendicantium Ordinibus, Congregationibus, Conventibus, Capitulis, personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Hospitalibus, & aliis piis locis, ut præfertur concessis & concedendis, anteà potuerint, & nunc ac in futurum (dummodò instituto Societatis, & Præpositi, seu deputatarum personarum hujusmodi voluntati & beneplacito non refragentur) possint liberè & licitè uti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia, non solùm ad illorum instar, sed pariformiter, & æquè principaliter, absque ullâ prorsus differentiâ, perinde ac si Societati, Præposito, personis, Domibus & Collegiis prædictis nominatim, & specialiter, ac generaliter concessa fuissent; Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium perpetuò sancimus, volumus, & declara-

UVA. BHSC. BU 06252

claramus, ac pariter concedimus, indulgemus, & elargimur. Decernentes, præsentes litteras nullo unquam tempore per Nos, aut Sedem prædictam revocari, aut limitari, vel illis derogari posse, neque sub ullis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, nunc, & pro tempore emanatis comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties revocari, alterari, limitari, vel derogari contingat, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissa erant, statum restitutas, & de novo, etiam sub posteriori datâ per pro tempore existentem Societatis hujusmodi Præpositum Generalem eligenda, concessas esse, & fore; ac ita, & non aliter per quoscumque judices tam ordinariâ, quàm delegatâ & mixtâ auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, etiam Sedis Apostolicæ Legatos de latere, & Nuntios, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi facultate, ubique & in quavis instantia interpretari, censeri, cognosci & decidi debere: Irritum quoque & inane quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocircà venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in spiritualibus, aut officialibus generali-

PII V. *Hæ litteræ sub quibusvis derogationibus non comprehenduntur.*

Deputantur Iudices.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. ralibus, & curiæ cauſſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, nec non Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis ad quos id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum, per ſe vel alium ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Præpoſiti, & perſonarum Societatis hujuſmodi, vel alicujus eorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos præmiſſis omnibus & ſingulis pacificè frui & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari: contradictores quoslibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia; appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus noſtra de non expediendis litteris ſuper indulgentiis ad inſtar, ac felicis recordationis BONIFACII Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas quis vigore præſentium

Non obſtantibus, &c.

ad

UVA. BHSC. BU 06252

ad judicium non trahatur; & aliis Apostolicis constitutionibus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis personis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem Apostolicam, etiam Motu & scientiâ similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, revocativis, modificativis, præservativis, exceptivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis in genere vel in specie, ac aliàs quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus & singulis, etiam si in eis caveatur expresse, quòd illis nullatenus derogari possit, pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque: aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non

Pii V.

UVA. BHSC. BU 06252

PII V. non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quòd præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die VII Iulii, M. D. LXXI. Pontificatus nostri anno sexto.

Transumptis habeatur fides.

P. Ruis.

Io. Beiel.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREGORII XIII.

FACULTAS

Conservatores Iudices assumendi in quibuscumque caussis.

ANNO M. D. LXXIII.

GREGORIVS EPISCOPVS *Servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

ÆQuum reputamus & rationi consonum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu litteræ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum sortiantur effectum. Dudum siquidem fel. rec. PIO Papæ V. prædecessori nostro, pro parte dilectorum filiorum Præpositi Generalis & Religiosorum Societatis IESV, exposito, quòd cùm dicta Societas, benedicente Domino, longè lateque esset propagata, ac ad Dei laudem & honorem, militantisque Ecclesiæ profectũ in dies augeretur; & propter diversa bona temporalia, quæ Collegia Scholarium sub eorum curâ instituta possidebant conservanda & recuperanda, lites aliaque forensia

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. rensia frequenter subire necessariò cogeretur, exindeque fieret, ut ejus personæ, quæ animarum saluti implicitæ litium anfractus, qui ab eorum institutis valdè dissonabant, evitare cupiebant, ab earum ministerio, non sine animi sui dolore, cum animarum hujusmodi dispendio distraherentur; & eidem prædecessori, pro parte eorumdem Præpositi Generalis & Religiosorum asserentium, eorum bona à quorumcumque locorum ordinariorum jurisdictione libera & exempta, ac sub Romani Pontificis & Sedis Apostolicæ protectione aliàs recepta fuisse, humiliter supplicato, ut eorum quieti more pii patris, ac aliàs in præmissis opportunè consulere de benignitate Apostolicâ dignaretur; idem prædecessor, qui ad gratos Deo, & universæ Reipublicæ Christianæ utiles, & necessarios fructus, quos Societatis prædictæ personæ in vineâ Domini semper proferebant, debitum respectum habebat, facere nullo modo poterat, quin ipsis ea concederet, per quæ ipsi, eorumque res & bona à noxiis, justitiæ ministerio, præservarentur; eosdem Præpositum Generalem & Religiosos, ac eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure vel ab homine, quavis occasione vel caussa latis, si quibus quomodolibet innodati existebant, ad effectum infra scriptorum dumtaxat consequen-

UVA. BHSC. BU 06252

quendum abſolvens, & abſolutos fore cenſens, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus, ſub Dat. videlicet VIII. Kal. Iunii Pontificatus ſui anno tertio, eidem Societati, ſinguliſque illius perſonis, ac eorum familiaribus, clericali charactere tamen inſignitis, ut in quibuſcumque cauſſis tam civilibus, quàm criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conventi rei forent, ipſis contra quaſcumque Communitates & Collegia hujuſmodi, omnes & ſingulos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, nec non alias perſonas in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac eorumdem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Vicarios in ſpiritualibus, & Officiales generales ubilibet conſtitutos, in ſuos poſſent aſſumere Conſervatores, & Iudices ordinarios, indulſit: ipſis verò ſic electis, vel duobus, aut uni eorum, ut per ſe, vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus Conſervatores & Iudices deputati forent, eidem Societati efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permitterent Societatem, Collegiaque hujuſmodi ſuper terris, locis, domibus, poſſeſſionibus, & juribus, nec non fructibus, cenſibus, reditibus, & proventibus, ac quibuſcumque aliis bonis mobilibus & immobilibus, ſpiritualibus & temporalibus, nec non privilegiis & indultis, eis & dictæ Societati

GREG. XIII. *Conſervatores Iùdices eligere poſſunt Societatis tum religioſi, tum familiares clerici.*

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

cietati tam Apoſtolica, quàm ordinaria, & aliàs ritè Regia auctoritatibus conceſſis, & aliis rebus ad dictam Societatem communiter, vel diviſim ſpectantibus à quibuſcumque perſonis tam ſæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, ac quacumque auctoritate & ſuperioritate fungentibus, quoquo modo indebitè moleſtari, vel eis gravamina, damna, aut injurias irrogari: facerentque cùm ab eiſdem Societate, aut perſonis, vel Procuratoribus ſuis, ſeu aliquo ex eis, forent requiſiti ſuper reſtitutione locorum, terrarum, domorum, poſſeſſionum, jurium, & bonorum mobilium & immobilium, redituum quoque & proventuum, ac aliorum quorumcumque bonorum, nec non privilegiorum & indultorum, eis tunc & pro tempore conceſſorum, obſervatione; nec non de quibuslibet moleſtiis, injuriis, damnis tunc præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirerent indaginem, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii; in aliis verò prout eorum qualitas exegiſſet, juſtitiæ complementum: occupatores, ſeu detentores, præſumptores, & injuriatores hujuſmodi, nec non contradictores quoslibet & rebelles, etiãſi aliàs, quàm ut præfertur, qualificati exiſterent, quandocumque, & quotieſcumque expediſſet, auctoritate Apoſtolica per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita.

In moleſtiis, & damnis, ſummariè;

In aliis, prout rerum qualitas exegerit, procedendum.

Conſervatorum Iudicum facultates.

UVA. BHSC. BU 06252

ſita, compeſcendo : legitimiſque, ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, eos, quos ſententias, cenſuras, & pœnas, per eoſdem Conſervatores ſeu Iudices pro tempore latas, incurriſſe, eis conſtitiſſet; eas incurriſſe declararent, & quoties opus fuiſſet, etiam iteratis vicibus aggravarent, nec non auxilium brachii ſæcularis invocarent, commiſit & mandavit. Ac inſuper ſi per ſummariam informationem, per eos ſuper his habẽdam, ipſis conſtitiſſet, quòd ad loca, in quibus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi, ac alios, quos litteræ tunc deſuper conficiendæ concernerent, pro tempore majori contigiſſet, pro monitionibus, & inhibitionibus ipſis, ac citationibus eis faciendis, tutus non pateret acceſſus, Iudicibus & Conſervatoribus hujuſmodi monitiones & citationes præfatas, ac inhibitiones quaſlibet, per edicta publica locis publicis affigenda, de quibus eſſet veriſimilis conjectura, quòd ad ipſorum monitorum, citatorum, & inhibitorum notitiam pervenire valerent, faciendi; nec non eiſdem occupatoribus, detentoribus, præſumptoribus, moleſtatoribus, injuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus, etiam ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis eorum arbitrio moderandis, inhibendi: ac quibuſvis inhibitionibus, eis pro tempore, etiam prætextu quarumcumque litterarum Conſervatoriarum,

GREG. XIII. *Per cenſuras compeſcendi.*

Declarandi, &c.

Inhibendi &c.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

rum, seu privilegiorum Apostolicorum, quibuslibet concessorum & concedendorum, pro tempore factis non obstantibus, eorum jurisdictionem libere exercendi; loca ad quæ eos declinare contigerit, & in quibus scienter stare

Interdicendi.

permissi forent, Ecclesiastico interdicto subjiciendi, plenam & liberam facultatem concessit. Ac monitiones, requisitiones, inhibitiones, & citationes, sic factas, perinde ipsos monitos, requisitos, inhibitos, & citatos arctarent, ac si eis personaliter factæ, insinuatæ, & intimatæ forent; Ac tunc desuper conficiendis litteris, & in eis contentis dispositionibus, per quascumque derogationes, in quibusvis aliis litteris Apostolicis gratiam, vel justitiam, & mixtim continentibus, per eumdem prædecessorem, & Sedem Apostolicam, etiam cum derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & per quas earumdem litterarum tunc desuper conficiendarum tenor, ac si de verbo ad verbum in eis insertus foret, pro expresso haberetur, quibuscumque personis, seu in eorum favorem, etiam Motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concessas, & factas, ac faciendas, & concedendas nullatenus derogatum censeretur, aut derogari posset, nisi tenor earumdem tunc desuper conficiendarum litterarum, de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, foret in illis insertus; &

His litteris per quascumque alias derogationes non censetur derogatum.

dero-

UVA. BHSC. BU 06252

derogatio pro tempore facta hujuſmodi, per trinas diſtinctas litteras eumdem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus eidem Societati intimata & inſinuata foret; & quod aliter earumdem litterarum tunc deſuper conficiendarum pro tempore factæ derogationes nemini ſuffragarentur. Quodque quilibet Iudicum, & Conſervatorum præfatorum valeret proſequi articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo foret canonico impedimento præditus: quodque cuilibet Conſervatorum, & Iudicum eorumdem, ab eadem die octavo Kal. Iunii eſſet in præmiſſis omnibus, ac eorum ſingulis, cœptis & non cœptis, tunc præſentibus & futuris, perpetua poteſtas & juriſdictio attributa; ut eo vigore, eâque firmitate poſſent in præmiſſis omnibus cœptis & non cœptis, tunc præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coram eis cœpta fuiſſent, & eorum, ac cujuſlibet ipſorum juriſdictio de præmiſſis omnibus, & ſingulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitimè extitiſſet. ſicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, & cauſſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere: ac ex tunc ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate,

GREG. XIII.

Quilibet Conſervator poteſt proſequi articulum per alium inchoatum.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. *Non obſtantibus, &c.*

ſcienter vel ignoranter, attentari contingeret, irritum & inane decrevit. Non obſtantibus, piæ mem. BONIFACII Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, quâ cavebatur, ne quis extra ſuam civitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ diœceſis ad judicium evocaretur: ſeu ne Iudices à Sede prædictâ deputati extra civitatem, vel diœceſim in quibus deputati forent, contra quoſcumque procedere præſumerent: & de duabus dietis in Concilio generali editâ, dummodò non ultra tres dietas aliquis, vigore earumdem litterarum tunc deſuper conficiendarum extraheretur; & quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus & Synodalibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, ac quibuſvis juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, quibuſvis Regibus, Ducibus, Comitibus, ceteriſque cujuſcumque dignitatis, qualitatis, & præeminentiæ, ac Ordinis, etiam Mendicantium, & conditionis exiſtentibus perſonis, in genere, vel in ſpecie, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omni-

UVA. BHSC. BU 06252

omnibus idem PIVS prædeceſſor, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſervanda foret; tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & formâ in illis traditâ obſervatâ, inſerti forent, pro ſufficienter expreſſis habens, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, eâ vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogavit, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Voluit inſuper idem PIVS prædeceſſor, quòd litterarum tunc deſuper conficiendarum tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis, eadem proſus fides adhiberetur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Ne autem de abſolutione, indulto, & aliis præmiſſis, pro eo quòd ſuper illius ipſius PII prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſaque Societas illorum fruſtretur effectu; Volumus, & ſimiliter Apoſtolicâ auctoritate decernimus, quòd indultum, & alia præmiſſa perinde à dictâ die VIII. Kal. Iunii, ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius PII prædeceſſoris litteræ

GREG. XIII.

Tranſumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur: Quodq; præſentes litteræ ad probandum plene abſolutionem, indultum, & alia præmiſſa ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, VIII. Kal. Iunii, Pontificatus noſtri anno primo.

A. Quintal.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREGORII XIII.

APPROBATIO

Et nova conceſſio facultatum horas Canonicas extra Chorum recitandi, & ſacros ordines poſt emiſſa vota, etiam ante profeſſionem ſuſcipiendi.

ANNO M. D. LXXIII.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EX Sedis Apoſtolicæ benignitate provenire dignum eſt, ut regularia inſtituta pro religionum quarumlibet ſalubri directione edita, illibatam obtineant roboris firmitatem. Cùm itaque inſtituto Clericorum regularium Societatis IESV, quod per felicis recordationis PAVLVM Tertium, & IVLIVM etiam Tertium prædeceſſores noſtros approbatum & confirmatum fuit; Cuique per ſacrum Concilium Tridentinum derogatum

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. minimè extitit, inter alia expressè caveatur, quod Socii omnes, etiam qui in sacris fuerint, horis Canonicis recitādis satisfeciſſe censeantur, si eas juxta usum Romanæ Ecclesiæ singuli privatim, & particulariter, & non communiter, seu in Choro, recitaverint; Nec non ut ii, qui in eadem Societate tria Paupertatis, & Castitatis, & Obedientiæ vota emiserint, ad omnes, etiam sacros, & Presbyteratus ordines, de licentiâ pro tempore existentis sui Præpositi Generalis, etiam antequam solemnem professionem emiserint, promoveri valeant; Nos considerantes Religionem prædictam uberrimos fructus, ad Dei laudem, & sanctæ Catholicæ fidei propagationem, per universum orbem dedisse, meritoque in suis piis institutis confovendam esse; Motu proprio, & ex certâ nostrâ scientiâ, Sociis prædictis ut horas Canonicas singuli, & privatim juxta usum Romanæ Ecclesiæ, non autem communiter, seu in Choro, recitare teneantur, quò acriùs studiis, lectionibus, & prædicationibus intendere possint. Nec non ut ii, qui tria vota prædicta, in eadem Societate emiserint, de licentiâ sui Præpositi Generalis ad sacros etiam Presbyteratus ordines, etiam ante solemnem professionem emissam, dummodò aliàs ætate, moribus, & doctrinâ idonei sint, promoveri valeant, instituta prædicta approbantes, tenore præsentium, auctoritate Apostolicâ, quatenus

Socii horas Canonicas privatim recitant.

Emissis tribus votis ad sacros ordines etiam ante professionem promoventur.

UVA. BHSC. BU 06252

tenus opus ſit, de novo concedimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, & in ſpecie Conſtitutione PII V. prædeceſſoris noſtri, quâ decretum Concilii Tridentini, quod incipit, *Cùm non deceat*, ad Clericos Regulares non profeſſos extendit, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die ultimâ Februarii, M. D. LXXIII. Pontificatus noſtri anno primo.

GREG. XIII. *Non obſtantibus, &c.*

Cæ. Glorierius.

GREGORII XIII.
FACULTATES

Variæ circa librorum prohibitorum uſum.

ANNO M. D. LXXV.

GREGORIVS PAPA XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Præpoſitus Generalis, & Religioſi Societatis IESV, Quòd aliàs, dum fel. rec. PIVS

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

Papa V. prædecessor noster in minoribus constitutus Inquisitoris generalis officium gereret, sufficienti facultate suffultus, inter alia eisdem concessit, quòd Præpositus Generalis prædictus posset impertiri facultatem legendi libros hæreticos, & alios prohibitos ad oppugnandum, dum tamen id considerate fieret, & cum delectu, re consultatâ cum suis Assistentibus; ac Religiosi dictæ Societatis possent uti libris non hæreticis, licet haberent annotationes, & scholia auctorum hæreticorum; vel auctores ipsi mali essent, si libri non essent editi ad stabilienda dogmata hæretica, dummodò nomen auctoris, si hæreticus esset, vel in Indice prohibitus, & si quid inter legendum impium occurreret, deleretur; ipsique à Superiore deputati ad emendandos libros eorum, qui ad ipsos Religiosos vel in scholis, vel extra illas recurrere solent, facultatem haberent, quando auctores boni essent, ut Augustinus, Hieronymus, & similes, sed haberent prava scholia, vel malas annotationes; aut cùm auctor, & impressor impii essent, sed non libri; aut cùm Ethnici existerent auctores, sicut Cicero, & alii similes, sed haberent scholia, annotationes, vel quid ejusmodi, propter quod prohibiti essent, donec purgarentur, deletis tamen erroribus, & nomine auctoris, vel impressoris mali: Nec non quòd ipsi Religiosi non solùm libros suos, quos in suis Collegiis vel

Generalis quomodo possit dare Sociis facultatem legendi libros hæreticos.

Socii quomodo, & quibus libris prohibitis uti possint: Quos aliorum libros, & quomodo emendare.

Similiter & proprios & Scholasticorum.

UVA. BHSC. BU 06252

vel Domibus haberent, sed etiam scholasticorum, qui ad ejusdem Societatis scholas confluerent, quorum auctores Ethnici, quamvis aliqui boni essent, sed propter scholia, vel annotationes, aut commentaria, vel impressorem, in Indice prohiberentur, emendare possent, si ad id à Præposito Generali per se ipsum, vel per alios deputati forent, & suis scholasticis utendo relinquere possent, deletis tamen erroribus, & nominibus auctorum prohibitorum; Quodque ipsi Religiosi ea in suis libris executioni demandarent, quæ in catalogo, & decreto Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis præcipiuntur; ad effectum, ut illi retineri possent; easdemque concessiones, & facultates circa libros prohibitos, & suspectos aliàs à prædecessoribus nostris, & Sede Apostolicâ eisdem Præposito, & Religiosis concessas, & confirmatas Venerabilis Frater noster Scipio Episcopus Sabinensis Cardinalis de Pisis nuncupatus, vivæ vocis oraculo, à nobis desuper sibi facto approbavit & confirmavit. Cùm autem ea firmiùs subsistant, in quibus pluries Apostolica auctoritas intercedit, propterea à Præpositus, & Religiosi prædicti nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus prædictis, & aliis facultatibus circa eadem sibi concessis, pro earum subsistentiâ firmiori, Apostolicæ confirmationis robur adjicere, aliasque circa illa

GREG. XIII.

Exequantur catalogi Roman. Inquisitionis præceptum.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

illa opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur eosdem Præpositum ac Religiosos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; nec non facultatum & concessionum hujusmodi seriem, ac si de verbo ad verbum insereretur, præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, easdem concessiones, & facultates, ac alias quascumque super hujusmodi libris habendis, legendis, aut corrigendis, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium approbamus & confirmamus; illisque plenariæ & inviolabilis firmitatis robur adjicimus: omnesque, & singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplemus; illaque de novo, quatenus opus sit, potiorique pro cautela concedimus & impertimur. Non obstantibus præmissis, ac litteris in die Cœnæ Domini legi solitis, aliisque Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile nimis esset præsentes ubique locorum, in quibus illarum usus opus erit, deferri; volumus harum litterarum exemplis, etiam impressis, Notarii publici manu, & sigillo

Præmissorum confirmatio, & nova concessio.

Non obstantibus, &c.

Transumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

gillo ejusdem Societatis, vel personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ obsignatis, eamdem prorsus fidem in judicio & extra ubique locorum haberi, quæ præsentibus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die octavâ Ianuarii, M. D. LXXV. Pontificatus nostri anno tertio. GREG. XIII.

Cæ. Glorierius.

GREGORII XIII.

FACULTAS

Societati, suis & aliorum Ordinum privilegiis more suo utendi, ac Præposito illa per se, vel alios communicandi conceditur, &c.

ANNO M. D. LXXV.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

DEcet Romanum Pontificem, ne religiosæ personæ pro usu gratiarum à Sede Apostolicâ emanatarum, ab instituti sui norma recedere

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. cedere cogantur, declarationis suæ oraculo, aliisque opportunis remediis diligenter providere. Sanè dilectus filius Everardus Mercurianus Præpositus Generalis Societatis IESV, tam suo, quàm dilectorum filiorum Societatis hujusmodi nominibus, nobis nuper exposuit; Quòd licet gratiæ, immunitates, indulgentiæ, & privilegia aliorum Ordinum Mendicantium, ceterarumque Religionum, & piorum locorum per nonnullos Romanos Pontifices, & præsertim felic. recor. PIVM Quintum, prædecessores nostros, dictæ Societati fuerint communicata & concessa; nihilominùs aliquando circa illorum praxim, & usum, seu modum, & formam eisdem utendi, propter instituti ipsius Societatis ab aliis prædictis Religionibus diversitatem hujusmodi contingit. Nos igitur dubietatem hujusmodi omnino submovere volentes, Præpositum prædictum, ac omnes alias, & singulas personas Societatis hujusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel caussa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; nec non immunitatum, indulgentiarum, gratiarum, & privilegiorum hujusmodi, ac litterarum dictorum prædecessorum desu-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

desuper confectarum tenores pro expressis habentes, supplicationibus prædicti Everardi Præpositi eisdem nominibus nobis hac in parte porrectis inclinati, Quòd præfatus pro tempore existens Præpositus, & Societas hujusmodi omnibus & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, remissionibus, gratiis, & litteris Fratrum, & Sororum Mendicantium, aliarumque Religionum Ordinibus, Congregationibus, Conventibus, Capitulis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, Confraternitatibus, Hospitalibus, & aliis piis locis, ac personis, tam sæcularibus, quàm regularibus hactenus concessis, & in futurum concedendis, ac Præposito, Societatique prædictis, nec non ejus Domibus, Collegiis, locis, & personis, ubique terrarum constitutis, communiter vel divisim, Apostolicâ, seu delegatâ auctoritate, vel vigore quarumcumque facultatum, etiam ad instar, aut æquè principaliter, etiam per communicationem, seu aliàs quomodolibet concessis, juxta Societatis hujusmodi instituti rationem, Constitutiones, ritus, mores, usus, consuetudines, normas, observationes, & procedendi modum, in prædictis Societatis Domibus, Collegiis, Congregationibus, concionibus, lectionibus, disputationibus, cæremoniis, & aliis cujusvis generis actibus publicis, & privatis; ac denique ubique

Societas gaudet privilegiis omnium Ordinum, ac piorum locorum concessu, & concedendis, & juxta instituti rationem.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

ubique locorum uti, frui, potiri, gaudere, & illa exequi, ac in eis procedere possint: quodque privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, concessiones, indulta, indulgentiæ, remissiones, gratiæ, & litteræ hujusmodi, nec non & ipsi Societati nominatim, vel ejus Præposito, aut personis, seu locis hactenus concessa, seu in posterum concedenda, prædicto, & pro tempore existenti Præposito Generali Societatis hujusmodi concessa esse intelligantur. Qui illa per se ipsum, vel alium, seu alios ab eo, vel de ejus commissione, electos, seu eligendos, quibuscumque locis, & personis dictæ Societatis, sub ejusdem Societatis obedientia, emissis tribus votis etiam simplicibus, degentibus, prout magis expediens fuerit, communicare liberè & licitè valeat: Nec aliter ceteræ personæ dictæ Societatis prædictis privilegiis, facultatibus, & aliis præmissis, aut aliquo eorum, nisi per Generalem Præpositum, & de ejus beneplacito, aut per alium, seu alios de ejus commissione electos, ut præmissum est, uti, aut gaudere possint. Et insuper quòd omnia privilegia, aliaque præmissa aliarum Religionum, Capitulis, sive Conventibus, aut Congregationibus, tam in celebrandis quibusvis contractibus, quàm in quibuscumque aliis actibus, tàm publicis quàm privatis, per ejusmodi Capitula, sive Conventus exerceri solitis hactenus concessa, & in posterum concedenda,

Privilegia Societatis & aliorum Ordinum censentur concessa Generali, qui per se, vel alios potest illa quibusvis Sociis, postquam tria vota emiserint, communicare.

Nec aliter Socii privilegiis gaudent.

Privilegia celebrandi contractus aliis Religionibus concessa, & concedenda, Societati, nonnullis intervenientibus Sociis, conceduntur.

UVA. BHSC. BU 06252

denda, Congregationibus Societatis prædictæ, ejusque Domorum, Collegiorum, & locorum, congregatis, & intervenientibus illis dumtaxat, qui more Societatis prædictæ, & secundùm ejus Constitutiones & statuta, regimen & administrationem Domorum & Collegiorum juvare & promovere solent; cujusmodi sunt in generalibus Congregationibus qui ex diversis Provinciis conveniunt, in universali autem totius Societatis administratione Generalis Præpositus cum suis Assistentibus; in rebus verò & negotiis Domorum & Collegiorum tractandis, Præpositi, aut Rectores, vel Vicepræpositi, aut Vicerectores, Ministri, Consultores, & Procuratores, servato in ejusmodi Congregationibus peculiari ac proprio dictæ Societatis procedendi modo, concessa esse intelligantur: ac eo modo per Præpositum, & Societatem hujusmodi in quibuscumque Domibus, Collegiis, & locis ubique terrarum observari, & ad praxim, ad usum plenè & perfectè, ac validè deduci & referri valeant. Ne quis autem Apostolicorum indultorum prætextu regularem ac exemplarem instituti prædictæ Societatis disciplinam, quam modis omnibus retineri & conservari volumus, dissolvere aut relaxe præsumat; non esse, nec fore unquam mentis nostræ, aut Sedis Apostolicæ, ut personæ Societatis absque expressâ Superiorum ejusdem Societatis licentiâ, utan-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. tur facultatibus, quæ in Iubilæis, Bullis cruciatæ, Confeſſionalibus, aut aliis quibuſvis Apoſtolicis indultis, ſive communitatibus, ſive privatis perſonis, ſive piis locis, aut quomodocumque aliter hactenus conceſſæ ſunt, aut in poſterum concedentur, etiamſi in illis expreſsè indulgeatur, ut omnes regulares, etiam Mendicantes, hujuſmodi facultatibus uti poſſint. Si quando autem uſus aliquarum ex præfatis facultatibus, perſonis ex dictâ Societate ab eiſdem Societatis Superioribus concedetur, ut nulli earum liceat, niſi intra numerum eorum, qui ad confeſſiones perſonarum ejuſdem Domus aut Collegii audiendas deputati ſunt, confeſſarium eligere, niſi ratione itineris, aut alia de cauſſa, ab eiſdem Superioribus aliis confeſſariis, intra aut extra Societatem, confitendi facultas ad id ſpecialiter daretur; Apoſtolicâ auctoritate, tenore præſentium perpetuò declaramus, ſtatuimus, & ordinamus: ſecuſque facta, irrita & inania fore decernimus. Et quia ipſa Societas inter omnia Religionum inſtituta, ex peculiari, ac ſolemni voto ſpecialem curam habet, cauſſa ſalutis proximorum, per totum orbem diſcurrendi; ejus ſalutari miniſterio, & univerſi Chriſti gregis ſaluti conſulentes, omnibus, & ſingulis ipſius Societatis prædicatoribus, ac confeſſariis ab aliquo ordinario ſemel approbatis, & à ſuis Superioribus ad hujuſmodi munera deputatis,

fiteri non poſſunt, præter quam ab eo deputatis ſine ſpeciali ejus facultate.

Socii ſemel approbati poſſunt ubique, extra loca tamen ubi ordinarii

UVA. BHSC. BU 06252

tis, ut quandocumque, sive mari, sive terra, iter fecerint, populos, non repugnantibus tamen Curatis parochialium Ecclesiarum, prædicatione verbi Dei instruere, ac consolari, & quorumcumque Christi fidelium, præsertim ægrotorum, & eorum qui in vinculis detinentur, confessiones audire, eisque pro commissis salutares pœnitentias injungere (dummodo id non faciant in ipsis oppidis aut locis, in quibus Ordinarii existunt, nisi eorum licentia desuper obtentâ) libere & licite valeant; eadem auctoritate, etiam perpetuò, de speciali gratia concedimus. Et insuper facultatem aliàs Presbyteris Societatis prædictæ à Sede Apostolica concessam, commutandi vota etiam ad jurata, dummodò commutatio hujusmodi in alterius præjudicium non fiat, extendimus. Postremò considerantes quantæ Societati hujusmodi curæ sit perfectio Divini cultus, quamque etiam sæpè remotis in locis Collegia & Residentias habeat, Volumus, ut in Oratoriis & Capellis, quæ ipsius Societatis Provinciales per se in Domibus, Collegiis, & aliis locis, ubi aliqui Societatis resident, approbaverint, & ad Divinum dumtaxat cultum deputaverint, Missæ & alia Divina officia, alterius licentiâ desuper minimè requisitâ, celebrari possint. Et sic in præmissis omnibus, & singulis, per quoscumque Iudices & Commissarios, etiam caussarum

GREG. XIII. *existunt, concionari, & confessiones audire, non repugnante Parocho.*

Facultas Societatis commutandi vota, ad jurata extenditur, dummodo id in præjudicium alterius ne fiat.

In Societatis Oratoriis & Capellis, per Provinciales approbatis, Missa & & Divina officia celebrari possunt.

Deputat Iudices.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, in quavis cauſsâ & inſtantiâ, ſublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere, ac quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Quocircà venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in ſpiritualibus, aut officialibus generalibus, & curiæ cauſſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori; nec non Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis, ad quos id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit, per eaſdem præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Præpoſiti, & perſonarum Societatis hujuſmodi, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos præmiſſis omnibus, & ſingulis pacificè frui & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris

&

UVA. BHSC. BU 06252

& facti remedia, appellatione postpositâ, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac de non expediendis litteris super indulgentiis ad instar, & de non tollendo jure quæsito, Cancellariæ Apostolicæ regulis, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de unâ, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas quis vigore præsentium ad judicium non trahatur; & aliis Apostolicis, nec non in Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibuscumque personis, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, & ex certâ scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, revocativis, modificativis, præservativis, exceptivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis, in

GREG. XIII.

Non obstantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. genere, vel specie, ac aliàs quomodolibet, etiam pluries concessis, cõfirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo & formâ in illis expressis derogari possit, pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus; contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, seu etiam ipsius Societatis munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die III Maij, anno millesimo quingentesimo septuagesimoquinto, Pontificatus nostri anno tertio.

Transumptis habeatur fides.

Io. Bapt. Canobius.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREGORII XIII. FACVLTAS

Medendi citra aduſtionem, & inciſionem, &c. pro medicinæ peritis.

ANNO M. D. LXXVI.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

VNigeniti Dei Filii, Redemptoris noſtri IESV Chriſti vices, licet immeriti, gerentes in terris; animarum ſalutem, quibus poſſumus mediis, ſedulò procuramus. Cùm itaque, ſicut experientiâ compertum eſt, Chriſti fideles ad Religionem & pietatem plurimùm moveantur, ſi ſpirituales & religioſas perſonas in ipſos & alios caritatis officia non ſolùm ad animarum, ſed etiam corporum ſalutem exercere experiantur; In Societate autem IESV, ſicut accepimus, non deſint aliqui Religioſi, medicinæ periti, quorum opera maximè in regionibus medicorum penuriâ laborantibus, dum ſæpe ad infirmis ſpiritualia exhibendum officia, & animas juvandas vocantur, etiam ægris corporibus curandis poſſet eſſe perutilis, & id pietatis opus in animarum quoque

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

non modicam ædificationem, & omnipotentis Dei laudem redundaret; Vt igitur Religiosi præfati id absque aliquarum censurarum, seu pœnarum incursu, & conscientiæ scrupulo valeant exercere; omnibus & singulis præfatæ Societatis IESV Religiosis medicinæ peritis, nunc vel in futurum pro tempore existentibus, ut de suorum Superiorum licentiâ, quibuscumque personis infirmis, sive illæ ejusdem Societatis Religiosi, sive extranei, & sæculares fuerint, absque aliquo conscientiæ scrupulo, aut aliquarum censurarum & sententiarum Ecclesiasticarum, vel aliarum pœnarum incursu, citra tamen adustionem, & incisionem per seipsos faciendam, mederi liberè & licite valeant, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium, quando tamen medici sæculares commodè haberi non possunt, indulgemus: & ad id licentiam & facultatem eis concedimus & impertimur. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Societatis, juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XI. Februarii, anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus nostri anno quarto.

Medendi facultas de Superiorum licentiâ.

Citra adustionem & incisionem.

Quando sæculares Medici commodè haberi non possunt.

Cæ. Glorierus.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREGORII XIII.

EXEMPTIO

Societatis à publicis ſupplicationibus.

ANNO M. D. LXXVI.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUæcumque ſacrarum Religionum inſtituta offendere, & illarum perſonarum functiones, & ſalutaria miniſteria retardare noſcuntur, noſtrum nos incitat officium de medio removere. Sanè licet, ſicut accepimus, dilecti filii Præpoſitus Generalis, & alii Presbyteri religioſi Societatis IESV, ab illius primæva erectione, à Sede hac Apoſtolica juxta Divinæ vocationis directionem emanata, & per Nos confirmata, ad Divinum officium privatim tantùm, & non in communi, ſeu in choro recitandum teneantur; ac propter ipſius Societatis tam multa Collegia, & Seminaria, quæ ſpecialem poſtulant inſtituti religioſi modum, nec non miniſteriorum illius amplitudinem, ac difficultatem, & in Eccleſia Dei utilitatem,

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

ex antiquâ conſuetudine jam inde ab hujuſmodi erectione receptâ obſervatum; decretoque etiam generalis eorum Congregationis deſuper edito, ne ad publicas ſupplicationes, ſeu proceſſiones quivis ex illius perſonis accederet, niſi ubi propter hæreticorum, vel gentilium converſionem, aut aliàs expediens eſſe, pro tempore exiſtens Generalis ipſius Societatis Præpoſitus judicaret, ordinatum fuerit; Nihilominùs nonnulli locorum Ordinarii, forſan Concilii Tridentini auctoritate & decreto moti, dictos Presbyteros ad ſupplicationes prædictas procedere nuper coëgerunt, non ſine illorum functionum ac miniſteriorum retardatione. Nos igitur, qui præfatos Presbyteros & religioſos dictæ Societatis à ſtudiis, lectionibus, prædicationibus, confeſſionibus audiendis, & aliis verbi Dei miniſteriis, ac pietatis operibus, quibus continuè laudabiliter incubuerunt, & incumbere non deſiſtunt, quavis ex cauſſa diſtrahi nolumus; conſiderantes in Eccleſiâ Dei non deeſſe alios Ordines religionum, qui vel ex inſtituto, vel abſque propriarum functionum impedimento, ſupplicationibus hujuſmodi intereſſe, aliaque publica Divina officia exercere, ſanctè, continenterque valeant; in præmiſſis opportunè providere, ipſosque Præpoſitum, Presbyteros, & eorum ſingulos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excom-

UVA. BHSC. BU 06252

communicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes; Motu proprio, non ad dictorum Præpoſiti, & Presbyterorum, vel aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtrâ merâ deliberatione, Præpoſitum, ac omnes & ſingulos Presbyteros, ac religioſos, & perſonas alias omnes dictæ Societatis ubique locorum exiſtentes, ab intereſſentiâ ſupplicationũ, ſeu precum, aut proceſſionum hujuſmodi, Apoſtolicâ auctoritate, tenore præſentium, perpetuò eximimus & liberamus: Diſtrictiùs inhibentes quibuſvis locorum Ordinariis, etiam Patriarchali, vel Archiepiſcopali dignitate, ac etiam Cardinalatus, & legationis Sedis Apoſtolicæ honore præfulgentibus, & aliis perſonis quacumque auctoritate fungentibus, ne modernos, & pro tempore exiſtentes Præpoſitum, & alios Presbyteros, & Religioſos Societatis hujuſmodi, ad proceſſionibus præfatis intereſſendum quavis occaſione, cauſſa, ſeu quovis prætextu, ingenio, vel colore, directè vel indirectè, mediatè vel immediatè cogere, aut eos deſuper præmiſſis moleſtare, perturbare, vel inquietare, ſeu moleſtari, perturbari, aut inquietari

GREG. XIII.

Vniverſa Societas a publicis ſupplicationibus eximitur.

Inhibentur Ordinariis omnes.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

tari facere audeant, vel præſumant, ſeu permittant. Quocircà Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in ſpiritualibus, aut officialibus generalibus, & curiæ cauſſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, nec non Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis, ad quos id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit, per eaſdem præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Præpoſiti, Presbyterorum, & religioſorum Societatis hujuſmodi, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſdem in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos præmiſſis omnibus & ſingulis pacificè frui & gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoslibet & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; legitimiſque, ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Non obſtantibus, &c. Non obſtantibus fel. record. BONIFACII Papæ

UVA. BHSC. BU 06252

pæ VIII. prædecessoris nostri de unâ, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres dietas quis vigore præsentium, ad judicium trahatur; & aliis Apostolicis, nec non in generalibus, provincialibus, & synodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus & ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolicâ sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quòd earumdem præsentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, seu etiam Præpositi ipsius Societatis munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XVI. Iulii, M. D. LXXVI. Pontificatus nostri anno quinto.

GREG. XIII.

Transumptis habeatur fides.

Cæ. Glorierius.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

GREGORII XIII.

CONFIRMATIO

Et extensio privilegii Societatis, ædificandi & habitandi ubique, etiam intra cannas aliorum Ordinum.

ANNO M. D. LXXVI.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

SAlvatoris Domini nostri IESV CHRISTI, qui caritas est & Deus pacis, his in terris vices, licet immeriti, gerentes; ea quæ pacis sunt, præsertim cùm militantis Ecclesiæ firmamentum, omnisque filiæ Sion decor, in animorum conjunctione, pace, & tranquillitate versetur, nosque unum in Christo corpus simus; pro nostri debiti officio, tamquàm ipsius mystici corporis caput, quærentes, litium quarumvis, quæ fraternam dilectionem lacerant, maxime verò quæ inter religiosas personas ventilantur, occasionibus obviamus; exortasque, quantum cum Deo possumus, consopimus. Sanè, ut accepimus, licet dilecti filii Presbyteri venerabi-

Commendatio Societatis.

lis

UVA. BHSC. BU 06252

lis Societatis IESV, in vineâ Domini, tamquàm fructiferi palmites, in toto ferè orbe, tam in continendis in viâ mandatorum Christi fidelibus, infirmis in fide consolidandis, ægrotisque sanandis, confractis alligandis, & abjectis reducendis, ovibusque dispersis, & lupis vespertinis, leonumque famelicis catulis, in devorationem expositis, reclamandis, & defendendis; quàm etiam iis, quæ extra ovile Christi, sacrosanctique Imperii nostri tutelam, sub ignorantiæ jugo in obscuris & tenebricosis locis ac desertis, per montuosas ac difficiles vias aberrant, convertendis; & ad nationes Catholicâ religione imbutas, & ad immanes, barbarasque Divini cultus, politicique ornatus ignaras gentes, ferino potiùs quàm humano more viventes, sese extendentes, optimum & uberrimum fructum attulerint, & in dies majori cum sollicitudine afferre, zizania extirpare, bonum semen renovare, plantare, terrasq; incultas Euangelico sulco, ac Ecclesiasticæ disciplinæ vomere eruderare non cessent; Ac dudũ propter ipsius Societatis tam utiles, tamque necessarias functiones, quæ tum in Domibus per frequentem Pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramentorum administrationem, & ad eorum frequentationem sectandam exhortationem, prædicationemque, & spiritualia exercitia, ac alia verbi Dei ministeria, tum in Collegiis per lectiones tam bonarum litterarum, quàm Philoso-

GREG. XIII.

Ministeriorum Societatis utilitas ac necessitas.

phiæ

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. phiæ etiam, & Theologiæ, ad juventutem bonis moribus & litteris imbuendam, ex ipsius Societatis primævâ institituti erectione, ac Divinâ vocatione, magno Dei beneficio, & Ecclesiæ spirituali emolumento exercet; Felicis recordationis PAVLVS Papa Tertius speciali privilegio, ut quæcumque Domos, Ecclesias, & Collegia ædificare, vel concessa recipere & inhabitare posset, indulserit; Et deinde piæ memoriæ IVLIVS etiam Papa Tertius, Indultum hujusmodi confirmaverit; & successivè recolendæ memoriæ PIVS Quartus prædecessores nostri idem Indultum, etiam intra centum quadraginta cannas ordinum Mendicantium, de novo concesserit; Nosque postremò, cùm lis & causa, seu controversia, aut quæstionis materia desuper occasione certæ domus per ipsos Presbyteros à dilecto filio Comite de Orgaz Toleti emptæ, concessionem ejusdem PII prædecessoris confirmantes, emptionem dictæ domus rectè factam, & in ea Presbyteros ipsos habitare posse & debere declaraverimus; & aliàs, prout in singulis litteris Apostolicis, desuper confectis, pleniùs continetur; Nihilominùs præfati Presbyteri à diversis dictorum Ordinum religiosis diversimodè, vigore seu prætextu privilegiorum hujusmodi cannarum, adhuc prout de facto, tam in Mexicana, quàm in Guaxicana Novæ Hispaniæ civitatibus, non sine animi nostri displicentia, mole-

Privilegia Pauli III.

Iulii III.

Et Pii IV.

UVA. BHSC. BU 06252

moleſtantur, imò & excommunicationis ſententiâ interdum feriuntur, in Chriſtiani populi ſcandalum non modicum. Nos igitur attendentes dictam Societatem, quæ quamuis Collegia habeat annexa, & hæc reditus pro ſtudentium neceſſitate habere poſſint, inter Mendicantium Ordinum religiones, per ſanctæ memoriæ PIVM Papam Quintum ſimiliter prædeceſſorem noſtrum, per quaſdam ſuas in formâ Brevis litteras, ſub die ſeptimâ menſis Iulii, Pontificatus ſui anno ſexto, expeditas, aſcripta & declarata, ac privilegiorum Ordinum Mendicantium particeps effecta fuit, ex ejus inſtituto, & Conſtitutionibus Apoſtolicâ auctoritate confirmatis bona ſtabilia poſſidere non poſſe; ſed incertis eleemoſynis, fideliumque largitionibus & ſubventionibus vivere, nec minùs, quàm ceteros Mendicantes Ordines, in excolendâ vineâ Domini aſſiduè laborare, imò nec alios juxta ſe domos & monaſteria ædificare prohibere, neve ullum, aut certe quàm minimũ præjudicium aliis religioſorum monaſteriis ex Societatis Domorum, Collegiorum, & Eccleſiarum vicinitate provenire, ex eo quòd, propter diverſam functionum & inſtituti rationem, Societas ipſa nec chori uſum habet, nec ad funerales aſſociationes accedit, nec defunctorum funera, niſi rara, nulla item Miſſarum vel ſepulchralia ſtipendia, nullas ſepulchrorum vel capellaniarum

GREG. XIII.

Societas declarata eſt Mendicans.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. fundationes, nullam denique prorſus eleemoſynam, quæ ad quoduis ipſius Societatis miniſterium vel opus dirigi intelligatur, admittit; Ac, prout noſtrum Nos invitat officium, inconvenientibus hujuſmodi obviare, ac ſcandala quæcumque, & contentionum, præcipuè inter religioſas perſonas, occaſiones removere; nec non tam ſalubribus dictæ Societatis miniſteriis, quæ pro eorum dignitate, ac majori fidelium fructu, in locis aptis, ubi major ſeges, & frequentior populi conſuetudo viget, exerceri & miniſtrari debent, viam potiùs aperire, quàm impedimenta ulla obiici permittere volentes, Motu proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtrâ merâ deliberatione, eoſdem Presbyteros, eorumque ſingulos, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac ſuprà dictarum litterarum, nec non & aliorum Ordinum privilegiorum, & in eis contentarum clauſularum tenores, ac alia etiam forſan circa præmiſſa de neceſſitate exprimenda, præſentibus pro expreſſis habentes; ac privilegia dicto-

Privilegia cannarum, quoad Societatem, revocantur.

UVA. BHSC. BU 06252

dictorum Ordinum ſuper non ædificatione intra dictas cannas, quo ad dictam Societatem tantùm, ſuſpendentes, revocantes, ac invalidantes, ſilentium perpetuum quibuſvis ſuper præmiſſis, aut eorum aliquo vigore cujuſvis confirmationis, aut ampliationis, & de novo conceſſionis dictarum cannarum à Sede Apoſtolicâ quomodolibet, & pari motu, etiam conſiſtorialiter, ac cum quibuſvis præſentium derogationibus, ſpecificè factis, obtentarum, & in futurum obtinendarum, contra præſentium tenorem venientibus, imponentes; eiſdem Presbyteris, & Societati ut quæcumque Domos, Collegia, Eccleſias, & alia ædificia erigere, ac per eos ubivis locorum erecta inhabitare, ac quæcumque loca, Domos, Eccleſias, Oratoria, & alia cujuſcumque ſtructuræ ædificia, ſibi quomodolibet relicta vel oblata recipere, acceptare, emere, poſſidere, & retinere; ac in eis omnia & ſingula, functiones, lectiones, & miniſteria, in aliis ejuſdem Societatis Domibus, Collegiis, Eccleſiis, & aliis locis fieri, & exerceri ſolita, habere, facere & exercere liberè & licitè poſſint & valeant, earumdem præſentium tenore ſpecialis dono gratiæ concedimus & indulgemus. Eoſque à quibuſvis cenſuris & pœnis, in illos præmiſſorum occaſione forſan latis, abſoluimus. Nec non indulta per PAVLVM, IVLIVM, & PIVM præ-

GREG. XIII.

Perpetuum ſilentium imponitur, non obſtante quacumque novâ conceſſione aut confirmatione, etiam obtinendâ.

Facultas ædificandi, & habitandi ubique.

Privilegia Societatis circa hoc cõfirmantur.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

deceſſores noſtros prædictos, & Nos eis, ut præfertur, conceſſa & confirmata, cum omnibus & ſingulis in eis contentis conceſſionibus, privilegiis, facultatibus, prærogativis, & aliis gratiis, declarationibus, & derogationibus, aliiſque quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis & clauſulis, approbamus & confirmamus, illiſque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adiicimus. Nec non oppoſitionem & contradictionem quorumcumque quovis titulo, vigore, prætextu, colore ipſis Presbyteris præjudicium afferre, ac præſentes litteras de obreptionis vel ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari, ſuſpendi, revocari, annullari, invalidari, aut ad viam juris reduci, vel contra illas attentari non poſſe, neque debere; ſed illas perpetuò validas, efficaces, & illibatas exiſtere: & ubi aliquid contra eas extorqueri & obtineri contigerit, illas nihilominùs in ſuo pleno & integro robore, abſque eo quòd deſuper impetranda ſit à Sede prædictâ illarum confirmatio, reſtitutio, revalidatio, vel nova conceſſio, permanere: irritumq; & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, decernimus. Ac quaſvis excommunicationis ſententias, vigore talium privilegiorum cannarũ, contra dictos Presbyteros

Hæ litteræ ſurreptionis argui non poſſunt.

Cenſuræ deſuper latæ vel ferendæ Socios non afficiunt.

UVA. BHSC. BU 06252

teros vel Societatem latas & ferendas, eos vel eorum aliquem nullatenus afficere posse declaramus. Quocircà universis & singulis venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, per præsentes pari motu mandamus, quatenus ipsi, vel eorum quilibet, per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quãdo opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Presbyterorum, aut alterius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ eos decreto, confirmatione, indulto, aliisque præmissis pacificè gaudere; ac easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcũque perpetuò inviolabiliter observari. Non permittentes eos super eisdem præmissis, vel eorum aliquo, per quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium, religiosos, seu locorum Ordinarios, aut alios quoscumque Iudices, & personas, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existant; & quacumque etiam Pontificali, Regiâ, vel aliâ auctoritate fungantur, publicè vel occultè, directè vel indirectè, tacitè vel expressè, quovis quæsito colore vel ingenio, impediri, molestari, perturbari, vel aliàs quomodolibet inquietari. Contradictores quoslibet & rebelles per censuras

GREG. XIII.

Deputantur Iudices.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ BONIFACII Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de unâ, & in Concilio Generali de duabus dietis, dummodò non ultra tres dietas quis auctoritate præſentium ad judicium trahatur, aliiſque Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis; nec non dictorum Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, eiſdem Ordinibus, illorumque Superioribus, & perſonis, etiam ſuper non ædificandis Eccleſiis, Domibus, Collegiis, & aliis ædificiis aliarum Religionum intra centum quadraginta cannas ab eorum cœnobiis, & conventibus, vel Monaſteriis, & Domibus; ac aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, per quoſcumque Romanos Pontifices conceſſis, confirmatis, & innovatis; ac omnibus aliis, quæ Nos, & prædicti prædeceſſores noſtri in ſingulis litteris prædictis voluimus non obſtare. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non tantùm per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio haben-

Non obſtantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

habenda, aut aliqua alia exquisita forma ser- GREG.
vanda foret, tenores illorum, acsi de verbo ad XIII.
verbum, nihil penitùs omisso, & formâ in illis
traditâ observata, inserti forent, præsentibus
pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore
permansuris, hac vice dumtaxat, motu simili,
specialiter & expressè derogamus; ceterisque
contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus
communiter, vel divisim ab eadem sit Sede in-
dultum, quòd interdici, suspendi, vel excom-
municari non possint per litteras Apostolicas
non facientes plenam & expressam, ac de ver-
bó ad verbum, de indulto hujusmodi mentio-
nem. Volumus autem, & eadem auctoritate
decernimus, quòd ipsarum transumptis manu
alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo
alicujus Prælati, vel personæ in dignitate Ec-
clesiasticâ constitutæ, aut Curiæ Ecclesiasticæ,
vel etiam Generalis Præpositi ipsius Societatis
munitis, in judicio, & alibi, ubi opus fuerit, ea-
dem prorsus fides adhibeatur, quæ adhibere-
tur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel
ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum, sub
annulo Piscatoris, die XXX. Octobris, M. D.
LXXVI. Pontificatus nostri anno quinto.

Transumptis habeatur fides.

Cæ. Glorierius.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

GREGORII III.

FACVLTAS

Alienandi in euidentem utilitatem, juxta Societatis Constitutiones.

ANNO M. D. LXXVI.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

APostolicæ Sedis circumspecta benignitas, in quarumuis Religionum, præsertim earum quæ gregi Dominico invigilant, ac prædicationibus & lectionibus, cùm humanis tum sacris, insistunt; commodis & utilitatibus consequendis, providentiæ suæ auctoritatem interponit, & quanto potest favore prosequitur. Sanè dilectus filius Everardus Mercurianus Præpositus Generalis Societatis IESV, nobis nuper exponi fecit, quòd, cùm litteris tam felic. record. PAVLI III. quàm piæ memoriæ IVLII etiam Tertii, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, in favorem dictæ Societatis emanatis, & per dicto-

UVA. BHSC. BU 06252

dictorum Pontificum Succeſſores, & Nos reſpective confirmatis, ac ejuſdem Societatis Conſtitutionibus, omnimoda Collegiorum illius, ac etiam temporalium bonorum ad ipſa Collegia ſpectantium gubernatio ad pro tempore exiſtentem Præpoſitum Generalem, vel ipſam Societatem, ita tamen quòd in ipſius Præpoſiti, aut profeſſæ Societatis, vel alios quàm ipſorum Collegiorum uſus; bona hujuſmodi expendi aut diſtrahi non poſſint, ſed in ſtudentium utilitatem ſic converti, ut illis dictis bonis abuti non valeant, ſpectare & pertinere dignoſcatur; indeque fiat, ut Collegia ipſa capitulariter nullo modo congregentur, ſed omnis facultas celebrandi cõtractus, prout per eaſdem Conſtitutiones, ac etiam primam ipſius Societatis generaliter habitam Congregationem ſtabilitum & declaratum fuit, penes eumdem Præpoſitum pro tempore exiſtentem reſideat. Cumque etiam dicta Societas, quæ Ordo Mendicans exiſtit, aliorum Ordinum Mendicantium ſuper contractibus ineundis, à Sede Apoſtolicâ conceſſis privilegiis gaudeat; Noſque eiſdem Everardo Præpoſito, & Societati, ut intervenientibus illis dumtaxat, qui more Societatis prædictæ, & ſecundùm ejus Conſtitutiones & ſtatuta, regimen, & adminiſtrationem Domorum, & Collegiorum juvare & promovere ſolent, ſervato in ejuſmodi Congregationibus peculiari, ac pro-

GREG. XIII.

Conceſſio alia Gregorii XIII. de quà pag. 144.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

prio dictæ Societatis procedendi modo, privilegiis illis utendi, nec non contractus ineundi licentiam & facultatem cõcesserimus, prout in singulis litteris Apostolicis desuper confectis pleniùs continetur. Tamen quia nec modus ille quis sit, nec omnes, per quos Præpositus Generalis facultatem hujusmodi alioqui exercere potest, in dictis nostris litteris satis expressi fuêre; ac etiam quia eidem Societati privilegiis & litteris Apostolicis hujusmodi, tum quòd variis litteris & munimentis concessa sunt, uti & illa ad singulos contractus ineundos afferre dispendiosum molestumque existit; tum quòd in nonnullis regionibus emphiteuses ad tres vitas concedi solent, nec particulares homines illas ad brevius tempus accipere facilè adducuntur; Et propterea, ac etiam ex eo quòd nonnumquàm pro Collegiorum ipsorum, nec non Domorum probationis, vel aliorum locorum ejusdem Societatis necessitate, bona hujusmodi locare, alienare, permutare, vel in emphiteusim, seu livellum dare expedit; ac quandoque contingit, ut conditio semel oblata, si prætermittatur, non paruam afferat jacturam; pro parte dicti Everardi Præpositi nobis fuit humiliter supplicatum, ut præmissa omnia pleniùs declarare, & aliàs in eisdem opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui operarios in vinea Domini, præsertim pondus diei

&

UVA. BHSC. BU 06252

& æstus sustinentes, sincero prosequimur affe- GREG.
ctu, nostrarum ac eorumdem prædecessorum XIII.
nostrorum litterarum, nec non Societatis præ-
dictæ Constitutionum, aliorumque præmisso-
rum tenores præsentibus pro expressis haben-
tes; & eumdem Præpositum, ac dictæ Socie-
tatis singulares personas à quibusuis excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis,
à jure vel ab homine quavis occasione vel
causâ latis, si quibus quomodolibet innodati
existunt, ad effectum præsentium dumtaxat
consequendum, harum serie absolventes, &
absolutos fore censentes, hujusmodi supplica-
tionibus inclinati, eisdem Societati, ac Gene-
rali Præposito moderno & pro tempore exi-
stenti, ut ex nunc de cetero perpetuis futuris
temporibus, informatione de contractibus
ineundis per litteras, vel aliàs, prout ipse Ge-
neralis statuerit, à subordinatis localibus Præ-
positis, vel Rectoribus, aut Præfectis, seu eorũ
Vicesgerentibus, vel à Provincialibus, seu Visi-
tatoribus, aut Commissariis, vel ab aliis sibi be-
nè visis, auditis juxta eorum institutum Con-
sultoribus, acceptâ; quæcumque Domorum,
tum Professarum tum Probationis, Collegio-
rum, & aliorũ locorum ejusdem Societatis ubi-
libet consistentium bona stabilia & immobilia,
seu quasi stabilia, nec non & pretiosa mobilia,
cujuscumque qualitatis & quãtitatis aç valoris,

Generalis, informatione acceptâ, quacumque bona Domorum & Collegiorum in euidentem eorum utilitatem alienare potest.

&

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

& in quocumque loco posita, pro pretio, & sub pactis, conditionibus, modis, & formis hinc inde conveniendis, in evidentem tamen Domorum & Collegiorum hujusmodi utilitatem, per se, vel alium seu alios, vendere, alienare, permutare, ac etiam in emphiteusim, seu livellum ad tres generationes, vel nominationes tantùm, seu aliud longum tempus pro affectu sibi benè viso concedere, absque aliâ à nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, aut Sede prædictâ, vel illius de latere Legatis, seu Nuntiis, aut etiam locorum Ordinariis petendâ vel obtinendâ licentiâ, seu confirmatione, liberè & licitè possit & valeat, concedimus & indulgemus. Ita tamen, quòd si ex ejusdem Generalis Præpositi facultate, pro rerum exigentiâ, opus sit, in Europæ videlicet Provinciis, ante datam eidem Præposito informationem, contractus alienationum fieri, dominium nihilominùs, & possessio bonorum quorumvis, super quibus contractus hujusmodi initi fuerint, penes Domos, Collegia, ac loca prædicta, donec ipse Generalis rem confirmaverit, aut suum consensum desuper præstiterit, remaneat, ac remanere intelligatur. In Indiis verò, & aliis extra Europam regionibus, contractuum hujusmodi confirmatio ipsis Provincialibus, aut Viceprovincialibus, Visitatoribus, seu Commissariis, simili per eos informatione acceptâ, com-

In emphiteusim ad tres generationes tantùm.

Absque aliâ confirmatione.

Extra Europam contractuum confirmationes committere potest.

UVA. BHSC. BU 06252

committi poſſit ab ipſo Generali Præpoſito, aliàs, & in eventum, in quem ordo ſupraſcriptus non fuerit obſervatus, venditio, alienatio, permutatio, locatio, & conceſſio, ac contractus, nec non inde ſecuta quæcumque, nulla & invalida, nulliuſque roboris ac momenti exiſtant. Ac ita in præmiſſis ſic perpetuò declaramus, & decernimus. Et nihilominùs ex nunc, prout ex tunc, & è contrà poſtquàm venditiones, alienationes, permutationes, locationes, conceſſiones, ac contractus pro tempore, ut præmittitur, facti, & per dictum Præpoſitum Generalem approbati & ratificati fuerint, ſeu conſenſus ejuſdem Præpoſiti Generalis intervenerit, eaſdem venditiones, alienationes, permutationes, locationes, conceſſiones, & contractus, & inde ſecuta quæcumque, nec non inſtrumenta, & ſcripturas deſuper pro tempore confecta Apoſtolicâ auctoritate approbamus & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere ſtatuimus; omneſque & ſingulos tam juris, quàm facti defectus, ſi qui forſan intervenerint quomodoliber, in eiſdem ſupplemus. Decernẽtes ea omnia, abſque alio, deſuper ordinariâ, vel Apoſtolicâ, aut aliâ auctoritate, ſeu de Sedis Apoſtolicæ commiſſione faciendo examine, ac præſentes, & in eis contenta, validas & efficaces, validaque & efficacia, perpetuò fore, nec non ab omnibus obſervari debere; ipſoſque contrahentes ad con-

GREG. XIII.

Approbantur ex nunc auctoritate Apoſtolicâ contractus ſic facti.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

contractuum, & stipulatarum conventionum observationem omnino teneri; ac super præmissis, & inde secutis quibuscumque per quoscumque quavis auctoritate, quomodolibet molestari, vel impediri non posse: Nec non irritum & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocircà venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis eorum in spiritualibus Vicariis, aut officialibus generalibus, & Curiæ caussarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, nec non Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis, ad quos id quomodolibet spectat, & in futurum spectabit, per easdem præsentes committimus & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis Præpositi, vel aliarum personarum ejusdem Societatis, aut alicujus eorum, super his fuerint requisiti, solemniter publicantes; eisque & eorum cuilibet in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eosdem præsentes, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, quos illa concernunt, integrè & inviolabiliter observari. Non permittentes eos, aut eorum aliquem desuper contra earumdem præsentium tenorem,

Contrahentes ad contractuum observationem tenentur.

Deputantur Judices.

UVA. BHSC. BU 06252

rem, quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet & rebelles per ſentẽtias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus, aggravando; invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus felicis recordationis BONIFACII VIII. de unâ, & in Concilio generali editâ de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium non trahatur; & piæ memoriæ SYMMACHI, ac PAVLI II. prædeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſiæ non alienandis, vel alienatis recuperandis, aliiſque Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis; nec non quibuſuis etiam juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & cõſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris Apoſtolicis quibuſvis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, ac totis eorum tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio

GREG. XIII.

Non obſtantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expressè derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem, quòd earumdem præsentium transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, seu etiam ipsius Præpositi Societatis munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, XVIII. Decembris, M. D. LXXVI. Pontificatus nostri anno quinto.

Transumptis habeatur fides.

Cæ. Glorierius.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREGORII XIII. DEROGATIO

Capitis *Nuper*. de Decimis.

ANNO M. D. LXXVIII.

GREGORIVS PAPA XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

PAstoralis officii cura nobis, meritis licet imparibus, ex alto commissa, Nos admonet, ut nostræ provisionis efficiatur ministerio, quòd ea, quæ religiosis quibuslibet, præsertim sub sacratissimi nominis IESV totius humani generis Redemptoris vexillo, ad illius honorem & gloriam, proximorumque spiritualem profectum, ac orthodoxæ fidei defensionem & propagationem in terris, militantibus, ab Apostolicâ Sede providè concessa reperiuntur, sublatis quibuslibet impedimentis, suos, ut par est, debitos effectus, perpetuis futuris temporibus sortiantur. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Everardus Mercurianus Præpositus Generalis Societatis IESV, quòd licet alias felicis recordationis PAVLVS Papa Tertius prædecessor noster, volens dictam Societatem per eum Apostolicâ auctoritate

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. *Pauli III. exemptio à decimis.*

ritate inſtitutam & approbatam, illiuſque Socios favore proſequi gratiæ ſpecialis, inter alia eidem Societati & Sociis dictâ auctoritate conceſſit ac indulſit, ut de iis, quæ in ornamentis aut pro eis, ſeu libris, fabricâ, luminaribus, vel victu, aut indumentis eorum, nec non annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ Domus ipſius Societatis obligatæ forſan exiſtebant; ac de Domibus, & Collegiis, eorumque prædiis, hortis, & aliis locis eiſdem Sociis juxta eorum vivendi inſtitutum habere conceſſis, aut de iis, quæ pro hujuſmodi rebus, Domibus, Collegiis, prædiis, locis, & hortis emendis, per quaſcumque perſonas pro tempore legari aut relinqui contingeret; & aliis bonis quibuſcumque per dictam Societatem, & illius Collegia poſſeſſis & obtentis, aliquam decimam etiam Papalem ſolvere, ſeu Canonicam portionem exhibere, aut ad præſtationem procurationum Legatorum dictæ Sedis, vel Nuntiorum ipſius, ſeu Ordinariorum locorum, aut exactionum, collectarum, vel ſubſidiorum, ſeu proviſionum quorumcumque minimè tenerentur; nec ad id per litteras Sedis, vel Legatorum, ſeu Nuntiorum, aut diœceſanorum prædictorum cujuſcumque tenoris forent, ullo unquam tempore compelli poſſent, niſi ipſæ litteræ Apoſtolicæ plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum, de indulto & conceſſione hujuſmodi,

UVA. BHSC. BU 06252

di, ac de eorum ordine mentionem facerent. Et si fortè per ipsum prædecessorem vel dictam Sedem, de piis legatis dispositis & relictis in genere vel specie decima, vel altera portio, seu quarta, alteri piæ vel non piæ causæ, quomodolibet eatenus concessa esset, vel illam in posterum concedi, seu solvi, aut dari, mandari contingeret; Socios prædictos, ac illorum Domos, & bona quæcumque, nec non eis legata & relicta, aut alias in eorum favorem disposita, in concessionibus & mandatis hujusmodi decreverit, & voluerit minimè comprehendi, nisi de ipsis, ac suis decreto & voluntate hujusmodi, non per clausulas generales idem importantes, sed vera, expressa, & specifica mentio fieret in eisdem. Et successivè piæ memoriæ PIVS Papa IV. etiam prædecessor noster, exemptionem, ac cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis litteras ipsius PAVLI prædecessoris desuper confectas, nec non inde secuta quæcumque, per suas litteras ex certâ scientiâ confirmaverit, approbaverit, & etiam plenariè innovaverit: Ac pro potiori cautelâ universam Societatem prædictam, omniaque & singula illius, Domos, etiam Probationis, & Collegia ubilibet consistentia, præsentia, & futura, eorumque personas, fructus, reditus, & proventus etiam bonorum Ecclesiasticorum sæcularium, & regularium quorumcumque illis pro tem-

GREG. XIII.

Pii IV. confirmatio superioris exemptionis.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. tempore unitorum, aliaſque res, & bona quæcumque à quibuſvis decimis, etiam Papalibus, prædialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & aliis fructuum partibus, ſubſidiis etiam caritativis, & aliis ordinariis oneribus etiam pro expeditione contra infideles, defenſione patriæ, ac aliàs quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, pro tempore impoſitis, etiamſi in illorum impoſitione caveretur, quòd nulla prorſus exemptio cuiquam adverſus illa ſuffragaretur; Ita quòd Societas, ejuſque Domus, etiam Probationis, Collegia, fructus, res, & bona præfata ſemper ab illis abſque declaratione deſuper faciendâ excepta eſſent, & eſſe cenſerentur, perpetuò liberaverit & exemerit, prout in ſingulis litteris prædeceſſorum hujuſmodi pleniùs continetur. Nihilominùs quia in illis nulla de Conſtitutione recolendæ memoriæ INNOCENTII Papæ Tertii, ſimiliter prædeceſſoris noſtri in Concilio generali ſuper decimis editâ, quæ incipit, *Nuper*, expreſſa & ſpecifica mentio facta, nec ei ſpecialiter & expreſſè derogatum fuit, idem Præpoſitus dubitat, ſingulas litteras prædictas de ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio notari, ac Societati, illiuſque Domibus, Collegiis, & perſonis prædictis minùs utiles reddi, aut illa ſuper exemptione hujuſmodi moleſtari vel perturbari poſſe tempore procedente. Nos igitur, qui votivum

UVA. BHSC. BU 06252

tivum ipſius Societatis profectum ſincero paternæ caritatis affectu libenter amplectimur, eidem Societati, illiuſque Domibus, etiam Probationis, Collegiis, & perſonis, ne propterea dictarum litterarum fruſtrẽtur effectu, opportunè providere volentes; ipſumque Præpoſitum & ſingulares perſonas Societatis hujuſmodi à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure uel ab homine, quauis occaſione vel cauſſà, latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; nec non ſingularum litterarum prædictarum veriores tenores ac quarumcumque litium & cauſſarum ſuper præmiſſis jam forſan motarum ſtatum, & merita, nominaque & cognomina Iudicum & collitigantium, ac titulos, & jura eorum, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habẽtes, ipſius Præpoſiti ſupplicationibus in hac parte inclinati, volumus ac Societati illiuſque Domibus, etiam Probationum, Collegiis; & perſonis prędictis eadem auctoritate concedimus, quòd ſingulæ litteræ prædictæ cum exemptionibus, ceteriſque omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis & decretis; proceſſuſque habiti per eaſdem ac inde ſecuta quæcumque valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & eis, quibus

GREG. XIII.

Pauli III. & Pii IV. privilegia perinde valeant, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. concessæ existunt, perpetuò suffragentur in omnibus, & per omnia; perinde ac si in illis de Constitutione INNOCENTII prædecessoris, & seu Concilii generalis hujusmodi specifica & expressa mentio facta, eique specialiter & expressè derogatum fuisset, prout Nos eidem Constitutioni ad effectum præmissum specialiter & expresse harum serie derogamus. Decernentes ita in quibuscumque causis pendentibus, & futuris, per quoscumque Iudices & Commissarios quavis auctoritate fungentes judicari & definiri debere; irritum quoque & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus litis pendentiis, si quæ sint, & aliis præmissis, ac INNOCENTII prædecessoris, & seu generalis Concilii hujusmodi, aliisque Apostolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac omnibus illis, quæ in singulis litteris prædictis expressum fuit non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, seu etiam pro tempore existentis Præpositi Generalis dictæ Societatis, munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra ubi-

Derogatur Constitutioni Innocentii III.

Non obstantibus, &c.

Transumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

ubicumque adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die primo Ianuarii, M. D. LXXVIII. Pontificatus noſtri anno ſexto. GREG. XIII.

Cæ. Glorierius.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

GREGORII XIII.

INDVLGENTIA PLENARIA

Semel in anno in Societatis Ecclesiis : Facultas celebrandi per horam ante Auroram ; conferendi gradus, etiam per studiorum Præfectum ; ac concurrendi cum Vniversitatum Lectoribus.

ANNO M. D. LXXIX.

GREGORIVS *Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

QVanta in vineâ Domini fructuosa opera Societas IESV quotidie verbo & exemplo in populo Christiano attulerit ; continuosque labores, quos pro Divini nominis gloriâ, & exaltatione fidei Catholicæ Presbyteri dictæ Societatis supportant, cordi nostro provenit satisfactio. Ac propterea dignum censentes, ut

UVA. BHSC. BU 06252

ut ipſam Societatem, ejuſque in odorem ſuavitatis Altiſſimo deſervientes ſpecialibus favoribus proſequamur; illaque ſibi favorabiliter concedamus, per quæ Societas ipſa ad animarum auxilium fideliter in Domino procedere valeat. Sanè pro parte dilecti filii Everardi Mercuriani Præpoſiti Generalis prædictæ Societatis nobis nuper exhibita petitio continebat, Quòd aliàs fel. rec. PAVLVS Papa Tertius prædeceſſor noſter inter ceteras gratias eidem Societati conceſſas, omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ſeu ſtatutis à jure temporibus firmum confitendi propoſitum habentibus, qui aliquam Eccleſiam, aut alium pium locum dictæ Societatis, ſemel ſingulis annis, præter annum Iubilæi, in die per pro tempore exiſtentem ejuſdem Societatis Præpoſitum eligendo, à primis veſperis uſque ad occaſum Solis ejuſdem diei incluſive, devote viſitarent, ac inibi orationem Dominicam & Salutationem Angelicam recitarent, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, in formâ Iubilæi: Et deinde, ex certis tunc expreſſis cauſſis, Presbyteris ejuſdem Societatis, ut Miſſas ante diem, circa tamen diurnam lucem, & etiam infra horam poſt meridiem, quando & quoties, ſtante legitimo impedimento, tunc & pro tempore exiſtenti ejuſdem Societatis Præpoſito id neceſſarium

GREG. XIII.

Conceſſiones Pauli III.

Ejuſdem Pauli III.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. *Iulii III.*

sarium, vel aliàs in Domino expedire visum foret, celebrare: Ac postmodùm piæ memoriæ IVLIVS Papa III. etiam prædecessor noster, Collegiis ejusdem Societatis, tam in universitatibus studiorum generalium, quàm extra illas consistentibus, ut scholares dictæ Societatis ab illius Generali, vel de ejus licentiâ à quovis alio ex Præpositis, vel Rectoribus Collegiorum hujusmodi, accitis sibi duobus, vel tribus Doctoribus, ad quoscumque Baccalaureatus, ac Magisterii, Licentiaturæ, & Doctoratus gradus promoveri, ac studii generalis Vniversitatum privilegiis, indultis, prærogativis, & aliis gratiis quomodolibet, non solùm ad instar, sed pariformiter & æquè principaliter gaudere liberè & licitè possent & valerent, sub certis modo & formâ concessa ferunt. Et successivè recolendæ memoriæ

Pii IV. PIVS Papa IV. similiter prædecessor noster dictam promovendi concessionem ad Scholares pauperes externos, qui in Collegiis eisdem, in quibus ordinariæ Artium liberalium, & Theologiæ lectiones haberentur, lectiones easdem frequentarent, & etiam ad divites, in Vniversitatibus tamen, si illarum officiales eos promovere recusarent, aliàs per examinatores Societatis hujusmodi idoneos repertos, & solutis per divites juribus suis eisdem Vniversitatibus, extendit & ampliavit. Prætereà sanctæ

Pii V. memoriæ PIVS Papa V. pariter prædecessor noster,

UVA. BHSC. BU 06252

noſter, ut Præceptores dictæ Societatis in ſuis Collegiis, etiam in locis, ubi Vniverſitates, ut præfertur, exiſterent, ſuas lectiones, dummodo per duas de manè & per unam de ſero horas cum Lectoribus Vniverſitatum hujuſmodi non concurrerent, publicè legere; ac eorum auditores in quibuslibet Vniverſitatibus ad gradus admittere poſſent, decrevit & declaravit; prout in ſingulis eorumdem prædeceſſorum deſuper confectis litteris pleniùs continetur. GREG. XIII.

Cùm autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, idem Everardus Præpoſitus cupiat, indulgentiam hujuſmodi, quam à pluribus pro quibuslibet dictæ Societatis Eccleſiis conceſſam fuiſſe judicatum extitit, cujus quidem uſus, ſi pro unicâ tantùm Eccleſiâ quolibet anno eſſet futurus, rarò admodùm cuilibet dictæ Societatis Eccleſiæ ob magnam illius Eccleſiarum, Deo benedicente, multiplicationem uſque modò per diverſas totius orbis Chriſtiani partes factam, id contingere poſſet: ſicuti è converſo, eò majori pietate, ac devotionis fervore Chriſti fideles per eumdem Chriſtianum orbem ad pœnitentiæ, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſacramenta frequentanda, Chriſto propitio, accederent; quò majoribus & frequentioribus in ſingulis ejuſdem Societatis eccleſiis, quolibet anno, ad id à nobis, ſanctaque Sede Apoſtolicâ gratiis & indulgentiis ſe invitari cognoſcerent; eiſdem

Inſeritur petitio.

Chriſti

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

Christi fidelibus in qualibet dictæ Societatis ecclesia suffragari : ac etiam eisdem Presbyteris propter itinerum & alia impedimenta, quæ frequenter eveniunt, facultate celebrandi Missas etiam per horam ante Auroram, & infra horam post meridiem uti licere : nec non concessionem promovendi ad quoscumque gradus ad Collegii cujuslibet Præfectum studiorum, in quo Philosophiæ vel Theologiæ lectiones ordinariæ habentur, extendi: nec non Lectores dictæ Societatis in illius Collegiis, ubi Vniversitates fuerint studiorum generalium, dummodo de manè per unam, & de sero per aliam horas cum aliis Vniversitatum Lectoribus præfatis, qui hoc postulaverint, non concurrant, publicè legere posse. Quare pro parte dicti Everardi Præpositi nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui personarum quarumlibet, præsertim Deo famulantium, votis, quantum cum Deo possumus, libenter annuimus ; Everardum Præpositum præfatum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; ac singularum litterarum

UVA. BHSC. BU 06252

rarum præfatarum tenores præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; Quòd prædicta indulgentia omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus, & confessis, & sacrosanctæ Eucharistiæ cibo refectis, qui Circumcisionis Dominicæ, vel alio per præfatum Everardum Præpositum, seu visitandi loci Superiorem, semel pro semper, nominando die, quamlibet ex dictæ Societatis ecclesiis, seu capellis, aut piis locis ubicumque Societatis hujusmodi Religiosos habitare contigerit (dummodo si plures ejusdem Societatis Ecclesiæ in eadem civitate, terrâ, vel loco fuerint, una tantùm ex eis ad id per illius Generalem Præpositum statuatur) annis singulis devote visitaverint, & inibi quinquies orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam recitaverint, vel alias ad Deum orationes pro sanctæ matris Ecclesiæ exaltatione, fideique Catholicæ incremento effuderint, & aliàs juxta illius continentiam & tenorem suffragetur. Nec non Presbyteris Societatis hujusmodi, ut Missas per horam ante Auroram, & infra horam post meridiem, itineris, vel alterius legitimi impedimenti caussa, de ipsius Everardi, & pro tempore existentis Præpositi Generalis, vel cujusvis alterius ad id ab eo deputati licentiâ celebrare valeant, auctoritate Apostolicâ, tenore præsentium, de speciali gratiâ indulgemus.

GREG. XIII. *Indulgentia plenaria semel in anno in Societatis ecclesiis, &c.*

Facultas Missas celebrandi per horam ante Auroram & post meridiem, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

Promovendi ad gradus per ſtudiorum Præfectum.

mus. Et inſuper facultatem præfatam promovendi ad gradus in Philoſophiâ, vel Theologiâ, ad cujuslibet dictæ Societatis Collegii ſtudiorum, in quo Artium, vel Theologiæ facultates hujuſmodi pro tempore legentur, Præfectum, & aliàs in omnibus, & per omnia, juxta litterarum præfatarum tenores, auctoritate & tenore prædictis, extendimus & ampliamus: Ac etiam, quòd Lectores dictæ Societatis in illius Collegiis, in locis, ubi Vniverſitates ſunt ſtudiorum generalium, dummodo de manè per unam, & de ſero per aliam horas cum aliis Vniverſitatum hujuſmodi Lectoribus, qui id poſtulaverint, non concurrant, publicè legere poſſint & valeant: Reliquis omnibus in iiſdem litteris contentis in ſuo robore, & ſtatu permanſuris, eiſdem auctoritate & tenore, etiam de ſpeciali gratiâ concedimus, & indulgemus. Sicque per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere: Ac quidquid ſecus ſuper his, à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Quocircà Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Valentinenſi, & Pariſienſi, ac Salamantinenſi Epiſcopis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum,

Concurrendi cum Vniverſitatum Lectoribus, &c.

Deputantur Iudices.

UVA. BHSC. BU 06252

eorum, per ſe vel alium, ſeu alios, præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Everardi Præpoſiti fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ſibique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtrâ, eaſdem præſentes, & in eis contenta hujuſmodi, firmiter obſervari, ac ſingulos, quos ipſæ concernunt, illis pacificè gaudere, non permittentes eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, auctoritate noſtrâ, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo: Nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas incurriſſe declarando; necnon eas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus piæ memoriæ BONIFACII Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, quâ cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam à fine ſuæ diœceſis, ad judicium vocetur; ſeu ne Iudices à Sede prædictâ deputati extra Civitatem, vel diœceſim, in quibus deputati fuerint per quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere, ſeu aliquos ultra unam dietam à fine diœceſeon eo-

GREG. XIII.

Non obſtantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

eorumdem, trahere præſumant; & de duabus dietis in Concilio generali edita; dummodò ultra tres dietas aliquis, auctoritate præſentium ad judicium non trahatur; & aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: nec non omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores in ſingulis eorum litteris prædictis voluerunt non obſtare, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Ceterùm quia difficile foret, eaſdem præſentes litteras ad ſingula loca, in quibus de eis fides forſan facienda foret, deferri; volumus, & ſimiliter auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd ipſarum præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu unius Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicujus Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur & habeatur, quæ adhiberetur & haberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, indultorum, extenſionis, ampliationis, conceſſionis, decretorum, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſe-

Tranſumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, GREG. ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe no- XIII. verit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXVIII. Non. Maij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Cæ. Glorierius.

GREGORII XIII.
RESTITVITVR

Societati IESV ad illius Miſſiones, uſus altaris portatilis.

ANNO M. D. LXXIX.

Dilectis filiis Præpoſito Generali, & Presbyteris Societatis IESV
GREGORIVS *Papa* XIII.

DIlecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Vſum Altaris viatici Societati veſtræ à fel. record. PAVLO Papa III. conceſſum, deinde à Concilio Tridentino universè ſublatum, vobis eatenus reſtituimus, ut inter Miſſiones, quæ à Superioribus fiunt, Presbyteri veſtri, ſervata alias forma dictæ conceſſionis, Miſſæ ſacrificium licitè valeant celebrare

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. ſuper hujuſmodi Altari ubique gentium, etiam in caſtris militum; modò loca, etſi communia, & profana, tuta & honeſta ſint; & Generalis, aut per eum Provinciales Præpoſiti, eo tum utendum fore judicaverint. Itidemque poſſint ibi Presbyteri ipſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum miniſtrare fidelibus, ad illud ſumendum debitè præparatis. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Eadem porrò fides ubique detur præſentiûm exemplis eo, quo ſolent alia in veſtrâ Societate tranſumpta, modo monitis, quæ daretur ipſis præſentibus, ſi exhiberentur, vel oſtenderentur. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die primo Octobris, M. D. LXXIX. Pontificatus noſtri anno octavo.

Cæ. Glorierius.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREGORII XIII. CONCEDVNTVR

Religiosis Societatis IESV in eorum Ecclesiis Indulgentiæ omnes Ecclesiis aliis locorum, ubi illi morantur, concessæ.

ANNO M. D. LXXIX.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CVm, sicut accepimus, dilecti filii Religiosi Societatis IESV, ad Ecclesias & alia pia loca civitatum, terrarum, & locorum, in quibus moram trahunt, ut consequantur indulgentias illis pro tempore elargitas, inter medios utriusque sexus populos promiscuè, absque decentiæ religiosæ dispendio, ac functionum suarum & spiritualium ministeriorum incommodo accedere vix possint; Ideoque frequenter contingat, tanto eos indulgentiarum fructu privari; imo & interdum, quod ad illas consequendas non accedant, de earum contemptu notari formident; Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, ut illorum devotioni, ac spirituali fructui providere

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

dere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur Religioſorum prædictorum ſtatui, decentiæ, commodiſque annuere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, univerſis, & ſingulis dictæ Societatis perſonis, nunc & pro tempore, in qualibet mundi parte exiſtentibus, ut ante Altare ſanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti, in ipſius Societatis eccleſiis, orationes ad Deum pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, & inter Principes Chriſtianos fovendâ pace, aut alias pro cujuſque peculiari devotione fundendo, omnes & ſingulas indulgentias, etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones conſequantur, quas ſcilicet conſequerentur, ſi indulgentiarum ipſarum diebus eccleſias, & loca pia his decorata, in locis, in quibus eoſdem religioſos moram trahere contigerit, viſitarent, de omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, tenore præſentium concedimus & largimur, contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXIII. Decembris, M. D. LXXIX. Pontificatus noſtri anno octavo.

Cæ. Glorierius.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREGORII XIII. FACULTAS

Aperiendi litteras Sacræ Pœnitentiariæ.

Dilecto filio Claudio Aquavivæ Præpoſito Generali Societatis IESV GREGORIVS *Papa* XIII.

DIlecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quòd aliàs quondam Alexander Frumentus tunc officii Sacræ Pœnitentiaríæ Regens, dilectis filiis Presbyteris Societatis IESV, cui præeſſe dignoſceris, etiamſi nullis Magiſterii in Sacrâ Theologiâ, & Doctoratus in Iure Canonico gradibus inſigniti eſſent, aliàs tamen idoneis & approbatis ipſius Societatis Confeſſariis, ut quaſcumque obſignatas, etiam Magiſtris in Theologiâ, & Iure Canonico Doctoribus directas, in foro conſcientiæ, ejuſdem Sacræ Pœnitentiariæ litteras aperire, & abſolutionis beneficium, juxta illarum diſpoſitionem, impendere poſſent & valerent, verbotenus conceſſit, eâque facultate ipſi Presbyteri hactenus uſi ſunt. Cum itaque ipſius So-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

cietatis religiosi ad hujusmodi gradus, nisi pro necessitate scholarum suarum promoveri non soleant; pœnitentes etiam ad ipsos Presbyteros cum suis litteris absolutionum in dies recurrant, & importunè obsecrent; opportunè etiam eos juvari convenit. Nos idcircò tuis in hac parte supplicationibus inclinati, Presbyteris Societatis hujusmodi per te, vel tibi subordinatos illius Superiores de tuâ licentiâ designandis, & ab Ordinariis locorum approbatis vel approbandis, etiam si magisterii vel doctoratus, aut aliis gradibus insigniti non sint, litteras hujusmodi aperiendi, confessionibusque fidelium ad ipsos recurrentium audiendi & exequendi licentiam & facultatem, tenore præsentium concedimus & impertimur. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo tuo, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annu-

Non obstantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

annulo Piſcatoris, die III. Aprilis, M. D. LXXXII. GREG.
Pontificatus noſtri anno decimo. XIII.

Cæ. Glorierius.

GREGORII XIII.

EXTENDITVR

Ad cenſus redimibiles, &c. Facultas Alienandi Societati IESV alias conceſſa.

GREGORIVS *Epiſcopus, Servus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

EX debito Paſtoralis officii ad ea libenter intendimus, per quæ religioſorum locorum, ac perſonarum in eis degentium, utilitates & commoda valeant procurari. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Claudii Aquavivæ Præpoſiti Generalis Societatis IESV petitio continebat, quod poſtquam alias per diverſas litteras Apoſtolicas Diverſorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, & dictæ

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. Societatis Constitutiones & Decreta, illius Præposito Generali pro tempore existenti, vel ipsi Societati, omnimoda Collegiorum, & Domorum Probationum, bonorumque ad illa spectantium gubernatio, absque aliâ personarum in eis degentium capitulari congregatione facienda; etiam cum facultate quoslvis contractus emptionum, vendtionum, aliarumque venditionum, alienationium, nec non obligationum, & cessionum quarumlibet rerum temporalium, mobilium & immobilium, etiam in beneficialibus, ac spiritualibus, aliisque quibuscumque, etiam præjudicialibus; nec non instrumenta quæcumque tam per se, quàm per alios celebrandi; ac insuper Mendicantium, nec non per nostras litteras aliorum Ordinum & piorum locorum privilegiis omnibus utendi, & aliàs sub certis modo & formâ inibi expressis concessa fuisset; denique cum usus privilegiorum hujusmodi dictæ Societati parum prodesset, eò quòd contrahentes renuerent, neque adducerentur ad contrahendum solo privilegio communicationis; esletque frequentissimum, & maximè necessarium ipsi Societati in his suis quasi primordiis, pro Collegiorum, & Domorum illius fundationibus, & ampliationibus, Domos, agros, & bona alia commutare, & vendere, ac super his census imponere. His aliisque de causlis Nos eidem Societati, illiusque Præposito Generali pro tempore

UVA. BHSC. BU 06252

pore existenti, quòd informatione de contractibus ineundis per litteras, vel aliàs prout ipse Præpositus Generalis statueret, à subordinatis localibus Præpositis, vel Rectoribus, aut Præfectis, seu eorum Vicesgerentibus, vel à Provincialibus, seu Visitatoribus, aut Commissariis, vel ab aliis sibi benè visis, auditis juxta eorum institutum Consultoribus, acceptâ; quæcumque Domorum, tum Professarum, tum Probationis, Collegiorum, & aliorum locorum ejusdem Societatis ubilibet consistentium bona stabilia, nec non etiam pretiosa mobilia cujuscumque qualitatis, & quantitatis, ac valoris, & in quovis loco posita, pro pretio, & sub pactis, conditionibus, modis, & formis hinc inde conveniendis, in evidentem tamen Domorum, & Collegiorum hujusmodi utilitatem, per se, vel alium, seu alios vendere, alienare, permutare, in emphyteusim, seu livellum ad tres generationes, vel nominationes tantùm, pro affectu sibi benè viso dare licitè valeret; etiam absque alia Sedis Apostolicæ, vel locorum Ordinariorum licentiâ, seu confirmatione desuper obtinendâ: ita quòd venditiones, alienationes, permutationes, locationes, concessiones, contractus, instrumenta, & inde secuta quæcumque postquàm ab ipso Præposito Generali ratificata fuissent, seu illius consensus interveniisset, eo ipso Apostolicâ auctoritate, nullo alio desuper habendo examine, vel commissione,

GREG. XIII. *Petitioni inseritur facultas alienandi aliàs concessa.*

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

approbata & confirmata eſſent, indulſit: prout in ſingulis litteris Apoſtolicis deſuper confectis pleniùs continetur. Cùm autem, ſicut eadem ſubjungebat petitio, ea quæ de novo emergunt, novo indigeant auxilio; ipſique contrahentes præſertim in Curiâ, varias quotidie requirant cautelas, ſine quibus exiſtimant ſibi non fore ſatis cautum; inter quas ea potiſſima eſt, quòd in indulto hujuſmodi non fuerit expreſſum, quòd etiam cenſus redimibiles ſuper eiſdem bonis poſſent vendi, quæ tamen ſpecies eſt, eaque minima, venditionis; & idcircò ab aliquot jam annis frequens fuit, ut cenſus redimibiles aliàs juxta formam privilegii hujuſmodi venderentur & imponerentur. Quare pro parte dicti Claudii nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ſibi, dictæque Societati in præmiſſis conſulere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur. Nos igitur eumdem Claudium, & ſingulares ipſius Societatis perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes; ac prædictarum litterarum, & Conſtitutionum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus

Reliquum petitionis.

Extenſio prioris facultatis.

UVA. BHSC. BU 06252

nibus inclinati; eidem Claudio, & pro tempore existenti Præposito Generali dictæ Societatis, vel ipsi Societati, dum ea scilicet erit generaliter congregata, ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus per se vel alios, ut informatione, sic ut præmittitur, vel si utrilibet visum erit, extrajudicialiter, ac summariè, & simpliciter acceptâ, vel etiam eâ omnino omissa, bona Domorum, Collegiorum, & locorum hujusmodi stabilia, & etiam mobilia pretiosa, præsentia, & futura, pro illorum utilitate, seu necessitate, quibuscumque personis, tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus cujuscumque gradus, ordinis, & dignitatis existentibus, etiam Collegiis, Communitatibus, & Vniversitatibus ad eam rationem, quæ faciliùs inveniri poterit, & pro pretio reperibili vendere, alienare, permutare, in emphyteusim, seu livellum ad tres generationes, vel in aliud longum tempus dare, locare, etiam cum donationis, seu investituræ receptione, ac repræsentatâ pecuniâ, sine tamen soliti illorum reditus diminutione; nec non generaliter, & specialiter obligare, & hypothecare, super illis census quoscumque redimibiles imponere, & vendere, nec non de bonis eisdem compromittere, & quomodolibet super illis transigere, illisque simpliciter, vel liti desuper habitæ, ac actioni, etiam in non possessorem cedere, & reum citare; utilitatemque venditionum, & aliorum

GREG. XIII.

hujus-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

hujusmodi, vel etiam necessitatem, aut aliam causſam, propter quam fiant, simpliciter & absque figurâ judicii cognoscere, judicare, definire, & penitus terminare, liberè & licitè valeat; & aliàs juxta dictarum litterarum tenorem, harum serie Apostolicâ auctoritate concedimus: Et ad hoc, si opus sit, licentias & facultates omnes prædictas extendimus & ampliamus. Ipsosque contrahentes, habitâ solâ Præpositi Generalis, vel congregatæ Societatis per litteras patentes more ipsius Societatis, vel aliàs confirmatione, aut consensu, solo contractu securos existere; nec ad venditionum, communicationum, & aliarum hujusmodi alienationum utilitatis, seu necessitatis, aut in æquivalentia, vel meliora bona pretii conversionis, vel aliam demonstrationem teneri: Nec non contractus quoscumque super his hactenus initos perpetuò valere: parteſque ipsas ad illorum observationem omnino obligari: & tam ipsos hactenus initos contractus, quàm in futurum ineundos, quibus ipsius Generalis Præpositi nunc, & pro tempore existentis, vel etiam congregatæ Societatis consensus, seu confirmatio accesserit, aliâ Sedis Apostolicæ confirmatione & approbatione non indigere: Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causſarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter

UVA. BHSC. BU 06252

aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere: necnon quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Quocircà venerabilibus fratribus nostris Toletanensi, & Treverensi, ac Rigensi Archiepiscopis per præsentes committimus & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se vel alium, seu alios, easdem præsentes & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Claudii, vel pro tempore existentis Præpositi Generalis, aut Societatis hujusmodi, vel alicujus eorum fuerint desuper requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ, præsentes, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac singulos, quos litteræ ipsæ concernunt, pacificè frui & gaudere. Non permittentes eos, vel aliquem eorum desuper contra præsentium tenorem per quoscumque quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postpositâ, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

GREG. XIII.

Non

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. *Non obstantibus, &c.*

Non obstantibus fel. record. SYMMACHI, & PAVLI, aliorumque Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum, de rebus Ecclesiæ non alienandis, seu alienatis recuperandis, aliisque Apostolicis Constitutionibus & Ordinationibus; nec non quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis quibusvis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam Motu proprio, & Consistorialiter, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concessis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ac dictis litteris, si in aliqua obstent, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus contrariis quibuscumque. Ceterùm quia difficile foret easdem præsentes ad singula quæque loca, ubi necessarium fuerit, deferre; volumus quòd illarum transumptis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus

Transumptis habetur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

cujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ, ſeu etiam ipſius Societatis Præpoſiti Generalis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, extenſionis, ampliationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Marcum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXXII. Non. Auguſti, Pontificatus noſtri anno undecimo. GREG. XIII.

Pro Reverendiſſimo D. Summatore

A. Lanfredinus.

Cæ. Glorierius.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

GREGORII XIII.

CONCEDITVR

Præposito Generali, ut de ejus licentiâ Societatis Religiosi, etiam Professi, ad quosvis alios regulares Ordines transire valeant.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm aliàs fel. rec. PAVLVS Papa III. Societati IESV inter alia concesserit, ut eorum nemo, sive Professus, sive Scholaris, sive Coadjutor ex dictâ Societate egrediens ad alium, quàm ad Carthusiensium Ordinem, nisi de expressa Romani Pontificis, vel Præpositi Generalis dictæ Societatis licentiâ se conferret; itemque PIVS Papa IV. voluerit, ut ne quis prædictorum ab eadem Societate prætextu cujusvis indulti, vel quæsito colore melioris vitæ, vel strictioris observantiæ, etiam ad Mendicantium, vel Cistercienſium, seu S. Benedicti, aut aliorum Monachorum Ordinem (Carthusiensi excepto) transire possit, dubi-

UVA. BHSC. BU 06252

dubitare contingit, an Præpositus pro tempo- GREG. re existens valeat etiam Professos, ex causis id XIII. exigentibus, ab ipsâ Societate emittere, aut eis sic emissis liberum sit de ejus licentiâ, se ad quemvis alium Mendicantium, vel non Mendicantium Ordinem transferre. Nos, re perpensâ, atque diligenter examinatâ, Societatis ipsius puritati atque incremento, emissorumque pro tempore saluti, consulere volentes, statuimus, ut deinceps in perpetuum liceat dicto Præposito, quos judicaverit ab ipsâ Societate emittere, eosque de ipsius Præpositi licentiâ non tantùm ad Carthusienses, sed ad quemvis alium Mendicantium, vel non Mendicantium, paris, laxioris, aut arctioris observantiæ ordinem per ipsum Præpositum illis præscribendum, de consensu tamen Superiorum loci illius, quò destinabuntur, demigrare; in eisque professionem per loci illius Monachos, aliosque regulares ejusdem emitti solitam emittere; habitumque suscipere, & consuetâ uti eorum disciplina. Ipsis inhibentes sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne quid contra præsentium tenorem quomodolibet audeant tentare. Non obstantibus omnibus iis, quæ dicti Pontifices voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Præsentis autem gratiæ communicationem omnibus aliis, etiam qui sua privilegia cum prædicta Societate copiosè participant, parti-

Licet Præposito quibus judicaverit a Societate ad quemvis alium Ordinem transeundi licentiam concedere.

Non obstantibus, &c. Præsentis privilegii communicatio prohibetur.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

cipareque poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Ceterùm quia difficile esset præsentes, quocumque illis opus erit, deferre, volumus ut præsentium transsumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, seu etiam dicti Præpositi munitis, eadem prorsus fides in judicio & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Datum Tusculi, sub annulo Piscatoris, die XXII. Septemb. M. D. LXXXII. Pontificatus nostri anno undecimo.

Transumptis habeatur fides.

Cæ. Glorierius.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREGORII XIII. FACULTAS

Societati IESV denuo conceditur, ordines à quocumque Antistite suscipiendi, idque etiam extra tempora, &c.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

PIum & utile Societatis IESV institutum non patitur certa quædam ab iis, qui sub ejus vexillo atque disciplina salutari militant, obiri, quæ in Sacris in eundis generaliter præscribuntur. Quocirca cum dictæ Societatis ac disciplinæ alumni nulli Ecclesiæ, nullive loco certo mancipati sint, ut ibi permaneant; sed veluti viatores omni tempore parati, expectantesque diem & horam, qua vel ad extremas orbis regiones, cum venit usus, emittantur; ubi quisque pro captu suo, & juxta datam sibi à Domino sapientiam, sese in vinea Domini excolenda exerceat; ejusque rei caussa fel. rec. PAVLVS Papa III. Præposito ejusdem Societatis concesserit, ut idoneos & comprobatos ab ipsâ Societate quibuscumque mallet Catholicis Antistibus, gratiam & com-

Pauli III. concessio.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

municationem Sedis Apostolicæ habentibus, præsentare posset; qui illos sic præsentatos, absque ulla promissione vel obligatione, ad ordines hujusmodi promoverent. Nonnulli tamen Antistites post Concilii Tridentini decreta, eos sic præsentatos priùs in cujusque, tam minorum, quàm sacrorum Ordinum hujusmodi præscripto munere exercitatos, temporumque determinatorum post susceptos præscriptum finem, antequàm ad superiores ordines ascendant, omnino expectandum, eosque in eorumdem ordinum functionibus, chorique officiis plenè instructos; & denique super eorumdem vita, moribus, ætate, & natalibus ad Parochi inquisitionem, aut alias testimonium, & certa alia requisita habenda esse contendunt; quamvis non nisi ad eosdem Ordines suscipiendos numeris alioqui omnibus idonei dimittantur. Nos his incommodis, quantum in nobis est, occurrere volentes, omnibus Episcopis, & aliis Antistitibus præsentibus & futuris, in perpetuum præcipimus, atque interdicimus, ne ab hujusmodi promovendis, qui licentiam à Præposito Generali dictæ Societatis pro tempore existente, vel ab eo delegatis habuerint, quidquam prædictorum requirant vel exigant: sed ipsos, etiam absque ulla functione in ordinibus ipsis, interstitiorumque ad illos suscipiendos observatione, aut inquisitione de cantu, officiis, & ceremoniis Ecclesiasticis, idoneita-

Facultas ad ordines suscipiendos.

te,

UVA. BHSC. BU 06252

te, proprii Ordinarii licentia, & aliis in aliis requiſitis, ad minores, ac etiam extra tempora à jure ſtatuta, tribuſque Dominicis, vel aliis feſtis diebus, etiam continuis, ad ſacros, etiam Presbyteratus ordines promoveant, ac ſi illi omnibus requiſitis prædiți eſſent. Nos enim illis ordines omnes prædictos ſic ſuſcipiendi, ac prædictis Antiſtitibus eos ipſis conferendi facultatem tribuimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Præſentis autem gratiæ communicationem omnibus aliis, etiam qui ſua privilegia cum ipſa Societate copioſè participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Ceterùm quia difficile eſſet præſentes, quocumque illis opus erit, deferre, volumus, ut earumdem præſentium tranſumptis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu etiam dicti Præpoſiti munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Tuſculi, ſub annulo Piſcatoris, die XXII. Septembris, M.D. LXXXII. Pontificatus noſtri anno undecimo.

GREG. XIII.

Etiam extra tempora, &c.

Non obſtantibus, &c.

Præſentis privilegii communicatio prohibetur.

Tranſumptis habeatur fides.

Cæ. Glorierius.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

GREGORII XIII.

SOCIETATIS IESV

Institutum, Privilegia, & Constitutiones confirmantur: & eos omnes, qui peracto Novitiatu tria vota emiserint, tametsi simplicia, verè & propriè Religiosos esse, declaratur.

GREGORIVS *Episcopus, Servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

QUantò fructuosiùs in colenda Domini vinea se exercet Veneranda IESV Societas, digniſque æterna mercede operariis abundare conatur; tantò propensiùs contendimus eam, religiosamque subinde, quam instituit prolem, unde tota Respublica Christiana ubique sublevatur, prosequi & confovere: simulque omnia removere, quibus & spiritualis ipsorum profectus retardari, & caritatis fervor, qui ab eisdem in regeneratas pretioso Domini nostri IESV Christi sanguine animas se diffundit, alicubi frigescere, aut in lubricum defluere posset. Cùm enim, sicut juxta dictæ Socie-

UVA. BHSC. BU 06252

Societatis Constitutiones, & laudabile insti- GREG.
tutum à felicis recordationis PAVLO III.& XIII.
IVLIO etiam III. confirmatum, ac etiam à
PAVLO IV. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris diligentissimè examinatum, & à Concilio Tridentino commendatum, Societas ipsa non solùm Professis & Novitiis, sicut & reliqui regulares ordines, constet; sed varii in eadem Societate religiosarum personarum gradus sint, in quibus singuli, juxta commissi cuique à magno Patrefamilias talenti mensuram, & Præpositorum suorum directionem, Altissimo famulantur. Sicut enim finis dictæ Societatis fidei propagatio & defensio, animarumque in vita & doctrina Christiana progressus; ita etiam gratiæ ejus vocationis proprium est, diversa loca ex Romani Pontificis, ac Præpositi Generalis ejusdem Societatis directione peragrare; vitamque in quavis mundi parte agere, ubi laboriosam eorum operam, & industriam fructuosam copiosiores salvandarum animarum proventus ad Dei æterni gloriam consequi posse sperantur: ad quem finem Spiritus sanctus, qui bonæ memoriæ IGNATIVM LOYOLAM ipsius Societatis institutorem, ejusque Socios excitavit, media etiam præclara maximeque opportuna hujus Sedis ministerio eis tribuit atque confirmavit, publicarum scilicet prædicationum Verbi Dei ministerii cujuscumque, Spiritua-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. liumque exercitiorum, & caritatis operum, Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramentorum adminiſtrationis, ac frequentis uſus. Ad quæ pro dignitate exequenda, & ad difficultates ſuperandas, ſubeundaque pericula, quibus dictæ Societatis Religioſi in hujuſmodi excurſionibus & miniſteriis exponuntur, cùm hæc magnum tum virtutis, tum devotionis præſidium poſtulent; ſtatutum eſt, ut & Novitii in Societate prædicta per biennii ſpatium probentur; & qui expleto Novitiatu litteris operam dederint, illorum ſtudiis abſolutis, tertium etiam annum probationis in humilitatis exercitiis expendant, ut, ſi qua in re vel hujus virtutis amor, vel pietas, ac devotionis fervor per litterarum occupationem diſtractus intepuerit, per earumdem virtutum frequentiorem exercitationem, & divinæ gratiæ ardentiorem invocationem reſtauretur. Qui enim profeſſionem emittere debent, eos vocatio hæc viros in vitæ puritate ac litteris conſpicuos, diuturniſque & diligentiſſimis experimentis probatos, eoſque Sacerdotes, & in verbi Dei, ac Sacramentorum adminiſtratione diu multumque verſatos exigit, ut & Conſtitutionibus dictæ Societatis, & à Summis Pontificibus eſt decretum. Sed neque omnes ad eamdem profeſſionem idonei eſſe poſſunt, neque qui temporis progreſſu futuri ſunt, tales evadere, aut cognoſci ſine longa exercitatione atque experimento.

UVA. BHSC. BU 06252

rimento. Quapropter Societatis corpus in ſua membra, ordinem, & gradus idem IGNATIVS divino inſtinctu, ita duxit diſponendum, ut biennio Novitiatus abſoluto, omnes, qui in Societate perſeverare voluerint, tria vota ſubſtantialia quidem, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, ſimplicia tamen, emittere debeant, ac Novitii eſſe deſinant. Quibus votis emiſſis, in corpus ejuſdem Societatis cooptati, & quantum ex parte ipſorum perpetuò obligati remanent. Quòd ſi injuſſi diſcedant, apoſtaſiæ notam & excommunicationis, ac alias, quibus ipſi Profeſſi ſubjacent, pœnas incurrunt: quamvis rationabili ex cauſſa, juxta Conſtitutiones eaſdem, ab ipſo Præpoſito Generali dimitti, & votis hujuſmodi liberari poſſint. Quæ omnia ipſis primo ingreſſu per aliquot dies in ſeparatâ habitatione conſtitutis, antequàm ad aliorum Novitiorum communem convictum admittantur, in ipſius Societatis Privilegiis, Conſtitutionibus, & Regulis conſideranda traduntur. Biennio itaque Novitiatus completo, & emiſſis votis ſimplicibus, una eſt omnibus omnino vivendi & obediendi ratio: debentque omnes in communi vivere, ac in omnibus obedire, non ſecus ii qui profeſſionem non emiſerunt, quàm Profeſſi. Quod verò ad Paupertatem attinet, quamvis bonorum ſuorum jus atque dominium juſtas ob cauſſas, pro Superiorum arbitratu, ad tempus

GREG. XIII.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. retinere valeant, ut in pios uſus, juxta Euangelicum conſilium, diſtribuant; in illorum tamen uſu religioſam paupertatem ſervant, nec ulla re tamquàm propria & ſine Superioris facultate uti poſſunt. Peractis igitur hujuſmodi probationibus & experimentis, cùm dictæ Societati fuerit per ea in Domino ſatisfactum; quos idem Præpoſitus Generalis idoneos judicat, eos vel ad profeſſionem per vota ſolemnia, vel ad gradus Coadjutorum formatorum ſpiritualium, ſi Sacerdotes, vel temporalium, ſi laici ſint, per vota eadem publicè emiſſa, quamvis non ſolemnia, juxta Conſtitutiones admittit. Quibus emiſſis eo ipſo nihil omnino proprii ampliùs vel domi, vel foris habere poſſunt, fiuntque incapaces cujuſvis hereditariæ ſucceſſionis: nec propter emiſſa hujuſmodi vota publica, aut per mortem ab inteſtato, in illorum, ſicuti nec in Profeſſorum bonis, Domus ulla, aut Eccleſia, vel Collegium dictæ Societatis ſuccedere poteſt. Et licet eos, qui poſt biennium Novitiatus emenſum, dicta tria vota ſimplicia, ſicuti ab hac Sede probata ſunt, emittentes, & extra Novitiorum numerum habiti, ac in corpus ipſius Societatis cooptati, illiuſque meritorum & privilegiorum non ſecus atque ipſi Profeſſi, ex prædictæ Sedis diſpoſitione participes effecti, quique, quantum in eis eſt, & profeſſionem emittere parati, ſi ipſe Præpoſitus Generalis id prædictæ

UVA. BHSC. BU 06252

dictæ Societatis instituto congruere judicaverit, & in perpetuum Dei servitio consecrati, ac suâ sorte, prout illorum laudabile institutum exigit, contenti, ac denique excommunicationis, & aliis Apostatarum pœnis subjecti sunt; verè & propriè religiosos esse compertum sit: nonnullorum tamen animos, qui pii alioqui & utiles operarii existunt, sollicitari & affligi interdum contingit, quasi non sint religiosi, eò quòd non sint Professi. Nec etiam desint, qui religionis prætextu, transfigurante se satanâ in Angelum lucis, non solùm ea occasione inquieti sunt, sed etiam aliorum pacem & vocationem disturbare, eosque in fraudem & defectionem deducere conantur, unde gravissima posset hæc Religio, tantoperè utilis & ubique ab omnibus expetita, concipere detrimenta. Nos considerantes divinæ sapientiæ atque providentiæ thesauros, pro temporum necessitate, varia & inter se dissimilia, eademque salubria, ordinum instituta in Ecclesiâ suâ produxisse; & nunc maximè (ut felicissimi toto orbe successus testantur) mirificos in agro Domini fructus hoc peculiari dictæ Societatis instituto proferri; quare ad submovenda circumstantia hujusmodi pericula, eamque in sincera vocatione suâ continendam, partes nostras adhibendas decrevimus, ut, præcisis hujusmodi perturbationum caussis, Religio ipsa, quæ in propagandam Reli-

GREG. XIII.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. *Instituti, privilegiorum ac constitutionum confirmatio.*

Religionem Christianam, emendandosque in eâ mores corde, animo, viribusque omnibus sine intermissione insistit, votivo munere perfruatur: Motu proprio, certâque scientiâ nostrâ, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, laudabile hujusmodi institutum, ac prædicta, ceteraque omnia dictæ Societatis privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta tam à prædictis, quàm aliis prædecessoribus nostris, & etiam à nobis concessa; Constitutiones quoque & statuta, qualiacumque sint, ea omnia, ac si ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus & confirmamus, supplentes omnes juris & facti defectus, si qui intervenerint in prædictis Constitutionibus & statutis; ac decernentes ex nunc irritum & inane quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Ad hæc dictam Societatem firmo declarationis nostræ præsidio communire volentes, statuimus ac etiam decernimus, non modò eos, qui in Coadjutorum formatorum, sive spiritualium, sive temporalium gradus & ministeria admittuntur; sed etiam alios omnes, & quoscumque, qui in ipsâ Societate admissi, biennio probationis à quocumque peracto, tria vota prædicta, tametsi simplicia, emiserint, emittentque in futurum, verè & propriè reli-

Eos omnes, qui biennio novitiatus peracto tria vota, tametsi simplicia, emiserunt, esse verè ac propriè religiosos.

UVA. BHSC. BU 06252

religiosos fuisse & esse, & ubique semper & ab omnibus censeri & nominari debere, ac si in Professorum prædictorum numerum adscripti fuissent. Præcipimusque & interdicimus, ne quisquam scrupulum de hoc cuiquam injicere, neve illud in controversiam, dubium, vel suspicionem ponere audeat quoquo modo. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis; nec non dictæ Societatis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transsumptis, etiam impressis, manu Secretarii dictæ Societatis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis ejusdem Societatis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem omnino fides habeatur in judicio & extra illud, quæ litteris ipsis originalibus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, suppletionis, decretorum, statuti, præcepti, interdicti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXXII.

GREG. XIII.

Præcipitur ne quisquam rem hanc in dubium revocare audeat.

Non obstantibus, &c.

Transumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. LXXXII. Kalend. Februarii, Pontificatus nostri anno undecimo.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

GREGORII XIII.
NOVA CONFIRMATIO
Instituti Societatis IESV.

GREGORIVS EPISCOPVS, *servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

ASCendente Domino & Salvatore nostro in naviculam, ecce motus magnus factus est in mari: ipse autem à Discipulis rogatus ventis imperavit, & facta est tranquillitas. Quam Nos in Petri naviculâ collocati, turbinibus excitatis, ab eodem Domino assiduis precibus postulantes, nostram intereà operam & laborem in frangendis procellosis fluctibus impendere non desistimus. Cumque tanti laboris Socios, & validos remiges divina nobis providentia præparaverit, eorum opera

UVA. BHSC. BU 06252

opera in superandis sævientis pelagi tempestatibus Nos maximè sublevat, qui pro communi fluctuantium animarum salute propria commoda nihili pendunt, seque ad omnia discrimina exponunt. In quo cùm aliarum Religionum studia, tum Societatis IESV assiduus pro Christo labor, nec non usque ad finem perseverantia, promptam se ostendit : cumque prolem Catholicæ Religioni valdè proficuam, & ad omnia pericula pro universâli Ecclesiâ subeunda paratam procreavit, aliam atque aliam à primâ non degenerem, præstante gratiâ Dei, quotidie substituit, ut nobis eorum Alumni per multiplices probationum gradus altiùs provecti semper præstò sint ; quos in rebus arduis suscipiendis fructuosos operarios ascisçamus. Eos autem ut firmiorem nobis opem ad prædicta navare possint, ab omni non modò injuriâ, sed etiam calumniâ studemus intactos conservare. Quod ut à nobis efficiatur, ipsius Instituta tamquàm fundamenta ejus præsidii, quod Catholicæ Religioni impendunt, immota atque inconcussa, aliorum etiam Romanorum Pontificum exemplo, debemus Apostolica auctoritate tueri : quorum felic. rec. PAVLVS III. & IVLIVS etiam III. Constitutiones, & laudabile dictæ Societatis Institutum confirmarunt : PAVLVSque idem eam ipsam ab omni quorumcumque ordina- GREG. XIII.

Societatis confirmationes aliæ.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. *Exemptio.*

dinariorum jurisdictione exemit : quo Institu-
to per PAVLVM IV. examinato, & à Synodo
Tridentinâ commendato, PIVS V. item præ-
decessor noster Societatem ipsam Ordinem
esse Mendicantem declaravit. Quæ omnia
non immeritò ab eis sunt concessa ob egregias
virtutes, & dona Societati antedictæ divinitus
elargita, cujus præcipuus finis Catholicæ est
Religionis defensio ac propagatio, anima-
rumque in Christianâ vitâ & doctrinâ profe-
ctus : gratiæ quoque ejus vocationis est pro-
prium diversa orbis terrarum loca ex Roma-
ni Pontificis, seu Præpositi Generalis ejusdem
Societatis directione peragrare ; vitamque in
quavis mundi parte agere, ubi salvandarum
suâ operâ animarum copiosior proventus ad
Dei gloriam speretur. Ad quem finem Spiritus
sanctus bon. mem. IGNATII LOYOLÆ
Societatis ipsius Institutoris, ejusque Sociorum
excitator, media quoque prædicationum, ac
cujuscumque ministerii verbi Dei, doctrinæ-
que Christianæ, & spiritualium exercitiorum,
aliorum item caritatis operum, & Sacramen-
torum administrationis, ac præcipuè Pœniten-
tiæ & Eucharistiæ, horumque frequentioris
usus, accommodavit. Ad quæ sufficienter &
pro dignitate præstanda, difficultates superan-
das, periculaque adeunda, quibus dictæ So-
cietatis Religiosi in hujusmodi discursionibus,
& ministeriis exponuntur, necesse est, ut ipsi

Societatis finis.

Media.

talia

UVA. BHSC. BU 06252

talia obituri magno virtutis & devotionis præ- GREG. XIII.
sidio muniantur : quod illis gratia in primis omnipotentis Dei, simulque educatio ipsa, longa item in Societate probatio, nec non Regularum & Constitutionum observantia, præstare noscuntur. *Longa probatio.*

Quibus Constitutionibus, ut tantæ ponant rudimenta virtutis ad quam aluntur, statutum est, ut Novitii in Societate biennio probentur: quo expleto, si ipsi perseverare voluerint, & Societati fuerit ab eis satisfactum (quoniam Societas ipsa non solis Novitiis, & Professis, ut reliqui regulares Ordines, constat) tria substantialia vota simplicia (nisi quis interdum ad professionem, vel gradum Coadjutorum formatorum admittendus videretur) Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ in eadem Societate ex Apostolico indulto, ac juxta vivendi formulam in eisdem Constitutionibus expressam emittunt : ac secundum illas promittunt se eamdem Societatem ingressuros, hoc est, ulteriorem aliquem illius gradum, prout Præposito videbitur Generali. Quibus votis emissis, Novitii esse desinunt, & in Societatis corpus, qui litteris operam dederint, vel daturi sunt, ut Scholares approbati, alii verò ut Coadjutores temporales nondum formati cooptantur : ac quantum est ex parte ipsorum perpetuò, ex parte verò Societatis juxta Apostolica indulta, & Constitutiones prædictas tamdiu obligati sunt, quamdiu Præ-

Novitii biennio probantur.

Tria substantialia vota simplicia.

Scholares approbati.

Coadjutores temporales.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

poſitus Generalis eos in Societate retinendos eſſe cenſuerit. Quod ad Societatis conſervationem maximè eſt neceſſarium, idque ab illius exordio proviſum, & poſt experimento comprobatum eſt : idque initio ingreſſus illis explicitè manifeſtatur, atque ipſi conditionem hanc amplectuntur, quæ eis (ſi quos dimittere oporteat) multò eſt commodior, ut liberi potius, quam votis obligati dimittantur, aliiſque juſtis & rationalibus de cauſſis. Coadjutores temporales non formati, qui non ad ſtudia litterarum, ſed ad domeſtica munia curanda deſtinantur, poſt aliquot annos, quibus Generali Præpoſito & Societati ſatisfecerint, per tria item Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ vota, licet publica, & in manibus Superioris emiſſa, non tamen ſolemnia, ſed tum ex Conſtitutionum præſcripto, tum ex voventis & admittentis intentione ſimplicia exiſtunt, in Coadjutorum temporalium formatorum gradum admittuntur. Scholares verò ſtudiis in Societate abſolutis, antequàm Profeſſi, vel Coadjutores ſpirituales formati fiant, non ſolùm tertium adhuc ulterioris probationis annum in devotionis & humilitatis exercitiis impendunt, ut ſi qua fortaſſe in re harum virtutum fervor per litterarum occupationem intepuerit, per earumdem virtutum frequentiorem exercitationem, ardentioremque Divini auxilii invocationem recaleſcat : ſed etiam

Coadjutorum temporalium formatorum tria ſubſtantialia vota publica, & in manibus Superioris, ſed ſimplicia.

Tertius probationis annus.

UVA. BHSC. BU 06252

etiam in verbi Dei sacrarum & scholasticarum lectionum, Pœnitentiæque & Eucharistiæ Sacramentorum Societatis ministeriis tamdiu probantur, quamdiu Præposito Generali videtur : nec antequàm ipsi Præposito sint planè perspecti, eique in omnibus satisfecerint, ad hujusmodi gradus promoventur. Qui enim ad professionem quatuor votorum admittendi sunt, eos juxta Constitutiones easdem, & Apostolica decreta & indulta, viros omnino humiles ac prudentes in Christo, & in vitæ puritate ac litteris conspicuos, diuturnisque ac diligentissimis experimentis probatos, atque Sacerdotes, & in ministeriis hujusmodi priùs diu multumque versatos, vocatio hæc requirit, utpote quos ardua maneant ministeria. Quo fit, ut non omnes ad eamdem professionem idonei esse, nec tales sine longâ exercitatione atque experimento fieri, aut etiam cognosci possint. Quapropter Societatis corpus in sua membra & gradus idem IGNATIVS divino instinctu ita duxit disponendum, ut præter eos, quos Præpositus Generalis ad professionem quatuor votorum idoneos esse censuerit, & nonnullos, quos interdum ad professionem trium admittere potest, reliqui etiam Sacerdotes, quorum vita & doctrina in Societate diu probata esset, ac Præposito Generali perspecta, & de ipsius licentiâ in Coadjutorum spiritua-

GREG. XIII.

Quinam ad professionem quatuor votorum admittendi.

Profess. trium votorum, Coadjutores spirituales formati.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

Coadjutorum formatorum certus in Societate gradus, & paupertas.

ritualium formatorum gradum, per tria illa vota ſimiliter publica, ſed ſimplicia, in Superioris manibus emiſſa, admitterentur. Quibus emiſſis tam hi, qui ſpirituales, quàm qui temporales Coadjutores formati fuerint, certum in Societate gradum habent, ſuntque omnis hereditariæ ſucceſſionis incapaces, nihilque omnino proprii juxta Conſtitutiones eaſdem habere poſſunt. Nec propter emiſſa hujuſmodi vota publica, aut per mortem ab inteſtato, in illorum, ſicuti nec in Profeſſorum bonis Domus ulla, aut Eccleſia, vel Collegium dictæ Societatis ſuccedere poteſt. Qui verò quatuor votorum Profeſſi futuri ſunt, ii tribus illis ſolemnibus ſubſtantialibus votis quartum ſimiliter ſolemne addunt ſpeciale Summo Pontifici obedientiæ circa Miſſiones præſtandæ, ob certiorem Spiritus ſancti in Miſſionibus ipſis directionem, ac majorem ipſorum mittendorum Sedi Apoſtolicæ obedientiam, majoremque devotionem, humilitatem, mortificationem, ac voluntatum abnegationem. Poſt emiſſam verò profeſſionem, ſive quatuor ſive trium votorum, Profeſſi ad Paupertatis, quæ regularis inſtituti murus eſt & propugnaculum, perfectionem tuendam, omnemque ambitionis occaſionem excludendam, nonnulla alia ſimplicia vota emittunt; quibus promittunt ſe numquam quacumque ratione actu-ros, vel conſenſuros, ut, quæ in Conſtitutionibus

Quartum votum ſolemne.

Alia vota ſimplicia Profeſſorum.

UVA. BHSC. BU 06252

busSocietatis circa paupertatem ordinata sunt, immutentur, nisi quando ex justâ rerum exigentium caussa paupertas magis restringenda videretur; neque prætensuros, ne indirectè quidem, ut in aliquam prælationem, vel dignitatem intra vel extra Societatem eligantur; nec extra Societatem in sui electionem, quantum in eis fuerit, consensuros, nisi coactos obedientia ejus, qui id ipsis possit sub pœnâ peccati præcipere: Item Societati vel ejus Præposito manifestaturos, si quem sciant aliquid hujusmodi moliri. Porrò non solùm Professi & Coadjutores formati, sed ex aliis quicumque, absoluto probationis biennio, prædicta tria substantialia vota etiam simplicia emiserint, si absque expressâ licentiâ à Societate discedant, etiam si prætextu melioris frugis, & transitus ad alium quemcumque Ordinem (Carthusiensium dumtaxat excepto) id faciant, apostasiæ & excommunicationis Apostolicæ Sedis decreto pœnas incurrunt, à quibus non nisi à Summo Pontifice, vel à Generali Præposito absolvi possunt: iniquè enim cum Societate ipsâ ageretur, si viris multo labore ad ardua ministeria eruditis, cum religionis Catholicæ, & hujus Sedis detrimento, privaretur; præsertim cum Societatis Constitutiones, & Privilegia, quæ supradicta continent, in separatâ, antequàm ad Novitiorum convictum admittantur, habitatione eis maturiùs considerandа

GREG. XIII.

Qui, emissis votis, etiam simplicibus, sine licentiâ discedunt, Apostasiæ, & excommunicationis pœnas incurrunt.

Pœnæ reservatæ.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

da tradantur. Biennio Novitiatus completo, & emissis votis simplicibus, una est omnibus omnino vivendi & obediendi ratio: debent enim omnes in omnibus obedire, & in communi vivere, non secus alii atque ipsi Professi, & Coadjutores formati; idque in Domibus quidem Probationum & Collegiis ex reditibus; in Domibus verò Professorum, quæ nullos omnino reditus habere possunt, ex eleemosynis tantùm. Et licet qui ad gradus Professorum, & Coadjutorum formatorum nondum pervenerunt, bonorum suorum jus atque dominium, tum alias ob justas causas, tum etiam ut majorem Societas habeat libertatem illos, si opus fuerit, cum minori offensione dimittendi, ad tempus Generalis Præpositi judicio præscribendum, valeant retinere, ut in pauperes tandem, seu alios pios usus pro ipsorum devotione distribuant, juxta Evangelicum consilium, ac promissionem, quam initio Novitiatus faciunt: interim tamen, quantum ad illorum usum, religiosam paupertatem servant, nec ulla re tamquàm propriâ, & sine Superioris facultate uti possunt. Et quamvis ii omnes, qui post biennium Novitiatus dicta tria vota simplicia, ut præfertur, emiserint, ac in corpus Societatis cooptati, illiusque meritorum & privilegiorum, non secus atque ipsi Professi, participes effecti; quique, quantum in eis est, & professionem emittere parati, si ipse Præpositi-

Omnibus una est vivendi & obediendi ratio.

Domus Probationum.

Collegia.

Domus Professorum.

Promissio distribuendi bona in pauperes.

Qui expleto biennio Novitiatus tria substantialia Societatis vota simplicia emiserint, vere & proprie religiosi existunt.

UVA. BHSC. BU 06252

positus Generalis id prædictæ Societatis instituto congruere judicaverit, & in perpetuum Dei servitio votis simplicibus consecrati, ac suâ sorte, prout laudabile Societatis institutum exigit, contenti; verè & propriè Religiosi existant; & si à Societate deficiant, excommunicationis, & aliis Apostatarum pœnis sint subjecti; Tamen cum non ita pridem intellexissemus nonnullorum animos, qui pii alioqui & utiles operarii existebant, sollicitari interdum & affligi, quasi non essent religiosi, eò quòd non essent Professi: nec etiam deesse, qui Religionis prætextu, transfigurante se in Angelum lucis satanâ, non solum eâ occasione inquieti existerent; sed etiam aliorum pacem & vocationem disturbare, eosque in fraudem & defectionem deducere conarentur, unde fructuosa hæc Religio gravissima potuisset accipere detrimenta; idcircò cùm Divina providentia, pro temporum necessitate, varia & salutaria Ordinum instituta in Ecclesiâ suâ produxerit; novisque subinde in eâ nascentibus morbis, nova remedia; novisque emergentibus hostium impugnationibus, nova regularium Ordinum auxilia excitârit; & cuique illorum, juxta cujuslibet peculiaris gratiæ vocationem, peculiares quasdam notas, propria insignia ac opportuna ad finem quem intendit, media suggesserit; & nunc maximè (ut

GREG. XIII.

Si à Societe deficiant, excommunicationis, & aliis Apostatarum pœnis subjacent.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

felicissimi toto orbe successus testantur) mirificos in agro Dominico fructus prædicto Societatis IESV instituto proferat : Quæ Societas (quemadmodum & alia nascentium regularium Ordinum exordia) à spiritu contradictionis impugnatur ; cumque ipsi Ordines Romanorum Pontificum propterea constitutionibus circummuniri consueverint , cujus rei Sanctorum Dominici & Francisci præclarissimi Ordines exempla abundè suppeditarunt : ita Nos, licet aliàs Institutum prædictum, Privilegia, & Constitutiones ipsius Societatis confirmaverimus & declaraverimus , Motu proprio statuentes eos , qui biennio Novitiatus peracto, tria vota, tametsi simplicia, emiserunt, esse verè & propriè Religiosos ; cum præcepto, ne quis hæc in dubium revocare audeat, ac cum irritante, & aliis decretis, prout in nostris super hoc confectis litteris pleniùs continetur. Quia tamen non defuit temeraria quorumdam audacia , qui post declarationem , decretum, præceptum , & interdictum nostrum hujusmodi non solùm multa ex prædictis & fortasse alia ad Societatis institutum , ac vivendi formam spectantia labefactare , sed & ipsa Apostolica decreta ac præcepta publicè , & ex cathedrâ ausu temerario impugnare , mentemque nostram perversè interpretari non erubescant , disputantes , & prædicta in dubium revocantes ; omniaque ex aliorum regularium

Societatis exordia impugnata, ut & aliorum Ordinum.

Alia instituti Declaratio & Confirmatio refertur.

Impugnantium objectiones.

Ordi-

UVA. BHSC. BU 06252

Ordinum communibus rationibus, formis ac statutis metientes, Societatis Institutum, peculiares Constitutiones, ac vim votorum simplicium illius, à Sede Apostolica in eadem Societatis Religione probata admissorum penitùs ignorantes, ac nonnulla jure antiquo, quæ post illud successu temporum hujus Sedis auctoritate, approbatione, & confirmatione, ac peculiaribus privilegiis sancita & roborata esse dignoscuntur, perperàm interpretantes, convellere nituntur. Quinetiam Nos supradicta, Motu simili, & ex certâ scientiâ, de Apostolicæ potestatis plenitudine decernentes, ac præcipientes, privato sensu locutos fuisse, ac tamquàm privatos doctores errare potuisse, imò verè, & de facto ob falsam supradictorum informationem errasse; ideoque præceptum nostrum nullam ad obligandum vim habere: Neminem prætereà eorum, qui solemnem professionem in dictâ Societate non emiserunt, de illius corpore, aut verè & propriè religiosum esse posse, sed eos merè sæculares, ac Ordinariorum jurisdictioni subditos existere; nec Societatem ipsam, aut illius Superiores, imò nec Nos jus in eos ullum ex vi Votorum hujusmodi habere, vel acquirere, aut Superioribus ipsis conferre posse: non considerantes voti solemnitatem solâ Ecclesiæ constitutione inventam esse; triaque hujusmodi Societatis vota, tametsi simplicia, ut substantialia Religionis

GREG. XIII.

C. Quod votum. *de voto, & voti redemptione.*

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

gionis vota, ab hac Sede fuisse admissa; illaque emittentes in statu Religionis verè constitui; quippe qui per ea ipsa se Societati dedicant, atque actu tradunt, seque divino servitio in ea mancipant; in quibus votis nullus præter Romanum Pontificem potest manum apponere: aliisque atque aliis modis Societatem ipsam impetunt, universali Ecclesiæ perutilem, quæ diversis functionibus, & personarum gradibus distributa, à Romanis Pontificibus Presbyterorum, à Tridentina Synodo Clericorum Religio appellata, habitu, nomine, plerisque personarum gradibus, votorumque differentiis ab aliis Regularibus Ordinibus distinguitur. Quibus etiam adjungunt licere iisdem non professis, etiam invitis dictæ Societatis Superioribus, ad quosvis alios Regulares Ordines se transferre; Transgressoresque horum votorum, ac inobedientes, aut etiam uxorem ducentes, nullam ipsi Societati injuriam facere, imò posse Episcopos cum eis dispensare, ut, invitis etiam Superioribus eisdem, uxorem ducant. Quibus cùm glossatores, & obtrectatores hujusmodi sua falsa doctrina favere pergunt; horum votorum naturam, & pœnarum vim vel non intelligentes, vel eludere conantes, eò sunt progressi, ut etiam vi facultatum, quæ litteris Indulgentiarum Cruciatæ sanctæ nuncupatarum continentur, omnes transfugas, & ab ipsa Societate deficientes non professos, quo-

UVA. BHSC. BU 06252

quoties ab ea defecerint, ab excommunicationis latæ sententiæ pœnâ à quocumque confessario absolvi posse: nullamque ipsi Societati suis operariis privatæ injuriam fieri, aut præjudicium generari existiment; sed & votorum substantialium Religionis prædictæ, ac decretorum contra eosdem Apostatas Sedis hujus auctoritate editorum vim, quantum in eis est, enervare contendant. Insuper asserunt non posse vota aliqua in sæculo emissa, in tria hæc substantialia Societatis commutari; cùm tamen hæc vota sint status, ut præfertur, Religiosi adeò utilis & perfecti, ut illa in hæc possint, hæc verò in aliorum Ordinum, etiam solemnia vota commutari, sit ab hac Sede justis de causis interdictum. Nec etiam desunt alia, quæ in animarum suarum præjudicium, Societatis perturbationem, & scandalum plurimorum comminiscantur. Nos universalis Ecclesiæ utilitati, quam ex inviolato & inconcusso dictæ Societatis instituto, & religiosæ sobolis educatione sentimus, & majorem in dies speramus, prospicientes; & præterea à ejusdem Societatis indemnitati, paci, quieti, & incremento consulere volentes; Motu simili, & ex certâ scientiâ nostrâ, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, laudabile ipsius Societatis Institutum, & quæ illud concernunt præmissa omnia & singula prædictaque illius, ac quæcumque alia privilegia, facultates, exemptiones

GREG. XIII.

Societatis commendatio.

Nova instituti, ac præmissorum omnium, Constitutionumque & Privilegiorum Societatis confirmatio.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

nes, immunitates, gratias, & indulta, à prædictis prædecessoribus nostris, & à Nobis etiam per communicationem concessa, Constitutiones quoque, ac statuta, & decreta qualiacumque, ac si ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, tenore præsentium approbamus, & confirmamus; supplentes omnes juris & facti defectus, si qui intervenerint in prædictis Constitutionibus, & statutis. Ad hæc dictam Societatem firmo Sedis hujus præsidio communire volentes, hac nostra perpetua Constitutione, motu, scientia & potestatis plenitudine similibus statuimus atque decernimus, tria vota hujusmodi, etsi simplicia, ex hujus Sedis institutione, ac nostra etiam declaratione & confirmatione esse verè substantialia Religionis vota, ac in dicta Societate tamquàm in Religione approbata per Sedem eamdem admissa fuisse, & esse: ac per Nos admitti, nec in illis à quoquam, præter Nos & Sedem hujusmodi dispensari, nec ea ullo alio modo, quàm per legitimam dimissionem à Societate cessare posse: & non modò eos, qui in Coadjutorum formatorum, sive spiritualium sive temporalium, gradus & ministeria, ut præfertur, admittuntur; sed & scholares ipsos, ac supradictos alios omnes & quoscumque, qui in ipsam Societatem admissi, biennio probationis à quolibet eorum peracto, tria vota substantialia prædicta, tametsi simplicia emise-

Hujusmodi tria vota, etsi simplicia, verè tamen sunt Religionis substantialia vota.

Hujusmodi vota, etsi simplicia, emittentes, verè & propriè sunt religiosi.

UVA. BHSC. BU 06252

emiserint, aut emittent in futurum; verè & propriè religiosos fuisse, & esse, ac fore, & ubique semper & ab omnibus censeri, & nominari debere: non secus atque ipsos tum Societatis, tum quorumvis aliorum Regularium Ordinum Professos; suisque Præpositis in omnibus & per omnia obedire; & huic Sedi immediatè subjectos, & à quorumvis Ordinariorum, & delegatorum, seu aliorum Iudicum jurisdictione omnino exemptos, prout Nos etiam vigore præsentium eximimus: denique ut omnium Societatis privilegiorum juxta Generalis Præpositi dispositionem sunt participes, ita quoque excommunicationis majoris latæ sententiæ, & aliis Apostatarum pœnis, si qui à Societate deficiant, subjacere, ac tamquam veros Apostatas puniri posse; nec à quoquam, nisi per Nos & Sedem prædictam, aut Generalem Præpositum, ab eisdem pœnis absolvi; nec ante hujusmodi absolutionem, & à Societate dimissionem, matrimonium contrahere; quinimò eos omnes ad contrahendum inhabiles, ac contractus hujusmodi nullos & irritos esse, prout irritos facimus, & annullamus. Et ut contradicentium audacia coërceatur, præmissas omnes & quasvis alias illis similes assertiones contra dictæ Societatis Institutum, vel quomodolibet in illius præjudicium pronuntiatas aut scriptas, falsas omnino & temerarias esse & censeri debere. Præcipimus

GREG. XIII.

Nova exemptia.

Pœnæ Apostatarum innovantur. Absolutio reservatur.

Novum matrimonii impedimentum dirimens.

Præcipitur sub excommunicationis & inhabilitatis pœnis, eo

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. *ipso incurrendis, ne quis audeat Societatis Institutum, &c. impugnare.*

pimus igitur in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis excommunicationis latæ sententiæ, nec non inhabilitatis ad quævis officia & beneficia sæcularia, & quorumvis Ordinum regularia, eo ipso absque alia declaratione incurrendis (quarum absolutionem Nobis & successoribus nostris reservamus) ne quis cujuscumque status, gradus & præeminentiæ existat, dictæ Societatis Institutum, Constitutiones, vel etiam præsentes, aut quemvis earum, vel supradictorum omnium articulum, vel aliud quid supradicta concernens, quovis disputandi, vel etiam veritatis indagandæ quæsito colore, directè vel indirectè impugnare, vel eis contradicere audeat; districtiùs inhibentes, ne quis sive extra, sive intra dictam Societatem, nisi de illius Generalis, aut inferiorum Præpositorum licentia notationes, declarationes, glossas, vel scholia ulla super præmissis facere, vel ea nisi quantum verba ipsa sonant, interpretari, aut de eis disceptare, seu scrupulum cuiquam injicere, vel in controversiam aut dubium revocare audeat quoquomodo; nec glossas, aut interpretationes sive impressas seu scriptas ad id pertinentes legere, docere, aliisque tradere, vendere, vel apud se retinere præsumat: si quid verò dubii de eisdem oriri contigerit, ad Sedem prædictam, vel ad Generalem Præpositum dictæ Societatis, aut ad eos, quibus id ipse commiserit,

Nec nisi de Præpositorum licentiâ interpretari.

Nec in controversiam revocare.

Nec glossas legere, docere, aliis tradere, vel apud se retinere.

De dubiis referendum.

UVA. BHSC. BU 06252

rit, referatur. Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Iudices & Commissarios, etiam caussarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales in quavis caussa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere: nec non irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes universis & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & ceteris Ecclesiarum, & locorum, etiam Regularium Prælatis, per universum orbem constitutis, ut præsentes litteras, in suis quisque Ecclesiis, Provinciis, Civitatibus, diœcesibus, & jurisdictionibus ab omnibus inviolatè observari: quinetiam Præpositum, ac personas Societatis hujusmodi defendant, eosque præmissis omnibus & singulis pacificè frui faciant & gaudere: non permittentes ipsos per quoscumque quomodolibet molestari; Contradictores per censuras Ecclesiasticas, & alia juris & facti remedia opportuna, appellatione postposita, compescendo. Invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus recol. memor. BONIFACII Papæ VIII. quæ incipit, *Quod votum*, & aliis Apostolicis Constitutionibus, ac etiam aliorum Ordinum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robo-

GREG. XIII.

Sic judicari debere.

Mandatur omnibus Ordinariis, ut præsentes litteras observari faciant.

Non obstantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis quibuscumque hujusmodi Ordinibus, Universitatibus, locis vel personis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, revocativis, modificativis, præservativis, exceptivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere vel in specie, ac aliàs quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi in eis caveatur expresse, quòd illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo & forma in illis expressis derogari possit, pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores hujusmodi præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus. Contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facien-

UVA. BHSC. BU 06252

facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Præsentis autem Constitutionis & gratiæ communicationem omnibus aliis, qui sua privilegia cum ipsâ Societate copiosè participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Ceterùm volumus, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Secretarii dictæ Societatis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis ejusdem Societatis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem omnino fides habeatur in judicio & extra illud, quæ litteris ipsis originalibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, supplectionis, decretorum, statuti, præcepti, interdicti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXXXIV. octavo Kal. Iun. anno Pontificatus nostri tertiodecimo.

GREG. XIII.

Præsens concessio non communicatur.

Transumptis habeatur fides.

M. Car. S. Stephani.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexiis.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Anno à Nativitate Domini M. D. LXXXIV. Indict. XII. die verò Lunæ, XVI. menſis Iulii, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. GREGORII Divinâ providentiâ Papæ XIII. anno XIII. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis ſpatium dimiſſæ in Valvis Baſilicarum Principis Apoſtolorum de Vrbe, & S. Ioannis Lateranenſis, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, & Aciei Campi Floræ, per nos Ioannem Freril, & Nicolaum Tagliettam, S. D. N. Papæ Curſores.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

EXEMPTIO

Antiqua Societatis rerum ac personarum confirmatur, & nova alia conceditur.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

SAtis superque dilectos filios Societatis IESV alumnos, suscepti juxta majorum suorum instituta pro animarum salute, & Christi Domini nostri nomine, & orthodoxâ fide propagandis labores defatigant, quibus sublevandi essent, nedum ad alia opera, officiis eorum interruptis, distrahendi. Quod ne accideret, neve Obedientiæ perfectio, quam subditi suis Præpositis præstare debent, quidquam imminueretur; nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri dictam Societatem à primæva ejus erectione, illiusque personas & bona quæcumque à quorumvis Ordinariorum visitatione, jurisdictione, correctione, & superioritate exemerunt, & sub Sedis Apostolicæ protectione susceperunt, ut illa Romano Pontifici pro tempore existenti immediatè subjecta esse noscatur. Quare Nos præcipuâ erga eam animi

Societatis operarii non distrahendi. Obedientiæ perfectio non imminuenda.

Rom. Pontifices Societatem exemerunt.

Confirmatio exemptionis, ac nova concessio.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. noſtri propenſione dictam exemptionem illi confirmamus; ac in perpetuum ſtatuimus, neminem ex Religioſis ſub prædictæ Societatis obedientiâ degentem, à quibuſvis, quacumque Eccleſiaſticâ vel ſæculari dignitate ſeu auctoritate fungentibus, etiamſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, vel alii Antiſtites, & Prælati; nec non Synodi, Communitates, & Capitula quæcumque, aut officii hæreticæ pravitatis Inquiſitores, ac Commiſſarii, vel Iudices, tam ipſius officii, quocumque illi nomine cenſeantur, quàm alii Ordinarii, vel delegati, vel etiam Imperator, Reges, & alii ſæculares Principes ad quodvis munus, officium vel exercitium obeundum, etiam prætextu quòd alii inibi non inveniantur, à quibus adjuvari poſſint, abſque expreſſo ſui Superioris conſenſu ac etiam mandato deſtinari, adigi, vel cogi poſſe. Decernentes irritum & inane quidquid ſecus ſuper his per prædictos, & alios quoſcumque quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, etiam de examinatoribus deputandis, vel etiam deputatis, ſeu approbatis, nec non privilegiis, indultis, & litteris Apoſtolicis ſupradictis omnibus, & quibuſvis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus & formis,

Non obſtantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria- GREG. XIII.
rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere & in specie, etiam motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Præsentis autem gratiæ communicationem omnibus aliis, etiam qui sua privilegia cum ipsâ Societate copiosè participant, participareque poterunt quòmodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Ceterùm quia difficile esset nimis easdem præsentes, quocumque illis opus erit, deferri; volumus, ut ipsarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, seu etiam dictæ Societatis Præpositi Generalis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris,

Communicatio prohibetur.

Transumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. toris, die x. Septembris, M.D.LXXXIV. Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Cæ. Glorierius.

GREGORII XIII.

NVLLI DE SOCIETATE

Licet ad Carthusiam secundò transire, nisi de licentiâ Præpositi Generalis.

Dilecto filio CLAVDIO AQVAVIVÆ *Præposito Generali Societatis* IESV GREGORIVS *Papa* XIII.

Privilegia Pii IV.

DIlecte fili, salutem & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, quòd aliàs postquàm fel. rec. PIVS Papa IV. prædecessor noster statuisset, ac præcepisset, ne ulli ex Societatis IESV Religiosis post emissa vota secundùm illius Constitutiones, sive Professus, sive Scholaris, sive Coadjutor ille foret, ab eadem Societate exire, aut recedere, nec ad quemvis alium etiam Mendicantium Ordinem (Carthusiensium Ordine dumtaxat excepto) absque expressâ sui Superioris licentiâ ad id ab eo specialiter obtentâ, se transfer-

re;

UVA. BHSC. BU 06252

re; vel etiam per Superiores Ordinum hujuſ- GREG.
modi eorum quempiam admitti liceret ſub XIII.
pœnâ excommunicationis, tam per recipientes, quàm per ipſos receptos, aut recedentes, ipſo facto incurrendâ: Quodque nihilominus ſecus facta non tenerent, & nullius exiſterent efficaciæ, vel momenti: & inſuper, ut qui pro tempore ab ipsâ Societate ad præfatum Carthuſienſium, vel de Superioris licentiâ ad alium Ordinem tranſire vellent, ad Carthuſienſium videlicet intra tres menſes à die quo ab ipsâ Societate receſſiſſent, ad alium verò Ordinem intra tempus eis à dicto Superiore præfigendum accedere, & actualiter ingredi, ubi ſi permanere nollent, aut non poſſent, abſque ullâ morâ ad dictam Societatem regredi ſub præfata excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ tenerentur: quam tam ipſi Religioſi, quam illos recipientes, vel eis auxilium, conſilium, vel favorem præſtantes etiam incurrerent. Succeſſivè piæ mem. PIVS Papa V. etiam prædeceſſor noſter, *Et Pii V.*
Præpoſito Generali pro tempore exiſtenti ejuſdem Societatis vivæ vocis oraculo conceſſit, ut, ſi quis ex dictâ Societate ad Carthuſienſium Ordinem, juxta PII IV. indultum hujuſmodi tranſire vellet, ſi vel non ingrederetur, vel non admitteretur, vel non perſeveraret, ad eamdem Societatem redire teneretur: nec ei ampliùs ab ipsâ Societate ad eumdem Carthuſienſium Ordinem abſque ipſius Præpoſiti

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII. Generalis licentiâ transire liceret. Verumtamen cum posterioris PII V. facultatis usus eidem Præposito difficilior interdum reddatur, quod litterarum Apostolicarum præsidio fretus non sit; ideò tuis in hac parte supplicationibus inclinati, concessionem & facultatem hujusmodi tibi, & pro tempore existenti Præposito Generali prædicto, tenore præsentium confirmamus: eaque omnia, sicut supradicta sunt, vobis concedimus, eamque etiam quoad præterita valere decernimus, ac si litteræ Apostolicæ super concessione PII V. prædecessoris hujusmodi tunc confectæ fuissent. Qui secus fecerit, in excommunicationis, & alias Apostatarum censuras & pœnas eo ipso incurrat, à quibus non nisi à Nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore existente, vel à dictæ Societatis Generali Præposito absolutionem valeat obtinere: non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Præsentis autem gratiæ communicationem omnibus aliis, etiam qui sua privilegia cum ipsâ Societate copiosè participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Volumus insuper, ut præsentium translumptis, etiam impressis, manu Secretarii dictæ Societatis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Præpositi Generalis ejusdem Societatis, vel alterius personæ in dignitate Eccle-

Confirmatio, & nova concessio.

Qui secus fecerint, excommunicantur.

Communicatio prohibetur.

UVA. BHSC. BU 06252

Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem omnino fides habeatur in judicio & extra illud, quæ litteris ipsis originalibus haberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die XIII Octobr. M. D. LXXXIV. GREG. XIII.

Cæ. Glorierius.

GREGORII XIII.
FACVLTATEM

Prædicandi olim concessam fuisse iis etiam de Societate, qui nondum ad sacros Ordines promoti essent, declaratur, eademque de novo conceditur.

Dilectis filiis Præposito Generali, & Religiosis Societatis IESV

GREGORIVS PAPA XIII.

DIlecti filii, salutem & Apostolicam benedictionem. Vigore privilegii vestræ Societati à fel. record. PAVLO Papa III. Præ-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

Prædicandi facultas à Paulo III. concessa.

decessore nostro concessi, ut vestrûm quisque idoneus, & à Præposito pro tempore existente ejusdem Societatis deputatus, verbum Dei publicè prædicare, & qui ex vobis Presbyteri fuerint, quorumcumque utriusque sexus Christi fidelium confessiones audire possint; ex illo concessionis hujusmodi tempore, etiam Scholares, & alii Religiosi vestri, sacris Ordinibus nondum initiati, aliàs tamen idonei, ad prædicandum verbum Dei passim & ubique mittuntur. Verùm quia nonnullis dubitatio curiosiùs incessit, an dictum privilegium prædicandi, etiam eos comprehendat, qui ad Ordines ipsos nondum ascenderunt; Nos quemcumque hoc scrupulo eximere volentes, præ-

Declaratur concessam olim fuisse facultatem.

sentium auctoritate declaramus, ac etiam decernimus, vestrûm unumquemque, etiam ad sacros Ordines prædictos non promotum, prædicationis munus in vim privilegii hujusmodi exercere potuisse, & posse: Vobis insuper concedentes, ut etiam Clerici vestri primâ tantùm tonsurâ insigniti, prout hucusque fecerunt, valeant deinceps ipsum Dei verbum ubique populo prædicare; districtiùs inhibentes universis & singulis locorum Ordinariis, & quibusvis aliis quacumque dignitate & auctoritate fungentibus, ne quemquam vestrûm quovis prætextu præmissorum occasione impedire vel molestare audeant quoquo modo. Non obstantibus Apostolicis, ac in gene-

Ad prædicandum nova concessio.

UVA. BHSC. BU 06252

neralibus & Provincialibus Conciliis editis, generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarii publici, ſeu Secretarii Societatis ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ, ſeu etiam dictæ Societatis Præpoſiti Generalis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die xx. Novemb. M. D. LXXXIV. Pontificatus noſtri anno tertiodecimo. GREG. XIII.

Tranſumptis habeatur fides.

Jo. Bapt. Canobius.

GRE-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

GREGORII XIII.

ERECTIO PRIMARIÆ

Congregationis in Ecclesiâ Annuntiatæ Collegii Romani Societatis IESV, cum Indulgentiis, & cum facultate aggregandi quasvis alias Congregationes similes, pro Generali Præposito.

GREGORIVS *Episcopus, Servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

OMnipotentis Dei Salvatoris nostri, qui ex pietatis suæ superabundantiâ fidelium mentibus cælestis inspirationis gratiam, & devotionis ardorem, ad Divinæ Majestatis obsequia, & piorum operum exercitia salubriter peragenda, continuò infundit, exemplo adducti; in eam Pastoralis officii curam cogitationemque sedulò incumbimus, per quam ipsorum fidelium fructuosis hujusmodi operibus & exercitiis vacantium religio & devotio conti-

UVA. BHSC. BU 06252

continuum ſuſcipiat incrementum, eiſque votiva ſalus proveniat animarum. Aliàs ſiquidem per Nos accepto, quòd plerique probi & pii adoleſcentes bonarum litterarum ſtudiis in Collegio noſtro Societatis IESV de Vrbe inſiſtentes, ſingulari erga Beatiſſimam MARIAM Virginem Dei genitricem affectu ducti, ac etiam Lectorum & Magiſtrorum ſuorum ſpiritualium cohortationibus ad id accenſi, Eccleſiam Annuntiationis ejuſdem B. MARIÆ, in corpore ædificiorum dicti Collegii conſiſtentem, certis ſtatutis diebus & horis frequentare, & cum eximiâ devotionis ſincerita-
te, cordiſque contritione conſcientiam ſuam per Confeſſionis & Sanctiſſimæ Euchariſtiæ miniſterium expurgare, ac divinis officiis, colloquiis, & exhortationibus ſpiritualibus, aliiſque piis & ſalutaribus operibus vacare ſoliti erant; factoque inde ad illorum exemplum majore aliorum concurſu, mutuis ſtudiis ſe invicem conſociaverant. Nos, ut pium hoc inſtitutum perampliùs coaleſceret, eiſdem & aliis Chriſti fidelibus hujuſmodi ſpiritualibus operibus & exercitiis pro tempore addictis nonnullas Indulgentias, & peccatorum ſuorum remiſſiones conceſſimus: prout in noſtris inde confectis litteris pleniùs cohtinetur. Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte Dilecti filii Præpoſiti Generalis dictæ Societatis petitio continebat, in diverſis mundi partibus,

GREG. XIII.

Primordia Congregationis ſtudioſorum.

Aliorum concurſus.

&

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

& præsertim insignioribus Europæ civitatibus ejusdem Societatis Collegia ad juventutem bonis moribus & virtutibus ornandam, ac' verâ pietate sacrâque doctrinâ imbuendam, propagari; illorumque externi Scholares ibidem studiorum causſa confluentes, optima devotionis & piorum operum hujusmodi exercitia ferventi studio imitari; & exinde multiplices fructus ad Dei gloriam, ipsiusque divini nominis cultum, ac B. MARIÆ Virginis honorem, nec non publicam salutem, & spiritualem consolationem provenire cœperint; & operæpretium sit, ut quemadmodùm piarum & fructuosarum exercitationum hujusmodi institutum à Scholaribus dicti Collegii de Vrbe, quod nostris auspiciis & impensis magnifico ædificiorum & structurarum opere à fundamentis innovatur & extruitur, primordium suum in dicta Ecclesia Annuntiationis B. MARIÆ habuit; ita quoque inibi eorumdem Scholarium primaria Congregatio, seu primarium Sodalitium, sub titulo ejusdem Annuntiationis B. MARIÆ, ad laudabile eorum in piis operibus & officiis hujusmodi studium nostris beneficiis, & Indulgentiarum præmiis conservandum ac augendum, stabiliatur & instituatur, pro parte ipsius Præpositi nobis fuit humiliter supplicatum, ut præmissis annuere, & desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur religio-

UVA. BHSC. BU 06252

ligioſum ipſorum Scholarium, in his ſpiritualibus exercitiis ſtudium piæ voluntatis affectu proſequi volentes, ipſumque Præpoſitum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes; nec non litterarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati in eadem Eccleſia unam, ſeu unum, externorum Scholarium dicti Collegii noſtri, ac etiam aliorum Chriſti fidelium Societati prædictæ devotorum primariam Congregationem, ſeu primarium Sodalitium ſub titulo Annuntiationis B. MARIÆ hujuſmodi, quæ, ſeu quod, per prædictum & pro tempore exiſtentem Præpoſitum Generalem dictæ Societatis, ſeu illo defuncto, donec alius ad officium Præpoſiti Generalis hujuſmodi canonicè aſſumatur, per Vicarium etiam Generalem ejuſdem Societatis dirigi debeat; Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò, ſine tamen ipſius Societatis præjudicio, erigimus & inſtituimus. Ut autem primaria Congregatio, ſeu primarium Sodalitium hujuſmodi per gratiarum & munerum cæleſtium

GREG. XIII.

Primariæ Congregationis inſtitutio.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

stium largitionem devotionis ac pietatis jugiter proficiat incrementis; de omnipotentis Dei misericordiâ, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis Christi fidelibus verè pœnitentibus & confessis, qui deinceps in Sodales ejusdem primariæ Congregationis, seu primarii Sodalitii recipientur, tam die receptionis eorum, si Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in prædictâ ecclesiâ, aut ubicumque potuerint eo die sumpserint, quàm in mortis articulo; nec non ipsis, ac omnibus & singulis aliis utriusque sexus Christi fidelibus etiam verè pœnitentibus & confessis, sacrâque communione refectis, qui ecclesiam prædictam die festivitatis ejusdem Annuntiationis B. MARIÆ à primis vesperis usque ad occasum Solis ipsius festivitatis devotè visitaverint, & inibi pro Reipublicæ Christianæ conservatione & augmento, hæresum extirpatione, Principumque Christianorum mutua, & universali pace, ac nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis prosperitate; vel alias preces, prout unicuique suggeret devotio, ad Deum devotè effuderint. Insuper eisdem Sodalibus similiter verè pœnitentibus, & confessis, qui in Nativitatis, & Ascensionis Domini nostri IESV CHRISTI, ac Annuntiationis, Assumptionis, & Conceptionis, nec non Nativitatis B. MARIÆ Virginis festis diebus prædictum Sanctissimum

Indulgentia plenaria pro Sodalibus in ingressu, & in mortis articulo.

Plenaria pro omnibus in die Annuntiationis.

Plenaria pro Sodalibus quinquies in anno.

mum

UVA. BHSC. BU 06252

mum Sacramentum ibidem, vel alibi accepe- GREG. XIII.
rint, plenariam omnium peccatorum ſuorum
indulgentiam & remiſſionem Apoſtolicâ au-
ctoritate, & tenore præſentium miſericordi-
ter in Domino concedimus & elargimur; ipſiſ-
que Sodalibus, qui de eorum numero exi-
ſtentium, vel aliorum Chriſti fidelium defun-
ctorum corpora ad ſepulturam Eccleſiaſticam
aſſociaverint; aut infirmi, vel impediti, audito
ſigno campanæ, genuflexi, ſi per infirmitatem
licebit, orationem Dominicam & Salutatio-
nem Angelicam pro ſalute animæ defuncti,
vel corporis infirmi recitaverint; nec non qui
Congregationibus tam publicis, quàm priva-
tis ac divinis officiis, ſpiritualibuſque collo-
quiis, exhortationibus, & aliis piis officiis et-
jam in Sodalis, ſeu aliorum Chriſti fidelium
defunctorum ſuffragium, per primariam Con-
gregationem, ſeu primarium Sodalitium or-
dinandis, & ab ipſo Præpoſito, ſeu Vicario
Generali approbandis; quique diebus feriatis
Miſſæ ſacrificio interfuerint, aut veſpertino
tempore antequàm cubent, conſcientiam
ſuam diligenter examinaverint, ſeu pauperes
infirmos tam Sodales, quàm alios in Hoſpita-
libus, vel privatis domibus, nec non carcera-
tos viſitaverint; aut pacem inter inimicos con-
ciliaverint; quoties horum quodvis fecerint,
unum annum de eis injunctis, vel aliàs quo-
modolibet debitis pœnitentiis Apoſtolicâ

Indulgentias unius anni toties quoties pro Sodalibus, qui corpora defunctorum aſſociaverint.

Vel ſi impediti, pro eis aut pro infirmis oraverint.

Congregationibus,

Divinis officiis,

Exhortationibus interfuerint;

Miſſæ Sacrificio diebus feriatis.

Conſcientiam examinaverint.

Infirmos, vel incarceratos viſitaverint.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

Aliæ indulgentiarum concessiones revocantur.

auctoritate & tenore similibus etiam misericorditer in Domino relaxamus, quascumque alias præsentibus non expressas Indulgentias, & peccatorum remissiones, etiam plenarias, & relaxationes Scholaribus, & aliis prædictis, ratione dicti eorum Instituti, vel aliàs in communi per Nos, & Sedem Apostolicam quomodolibet concessas revocando, & abrogando. Insuper ne præfati Sodales, si aliquando eos ab ipsâ Vrbe abesse, vel alibi commorari contingat, hujusmodi Indulgentiarum, & aliarum gratiarum spiritualium effectu & fructu frustrati remaneant; eisdem Sodalibus extra Vrbem ubivis locorum pro tempore commorantibus, ut in locis, ubi eos pro tempore residere, seu morari contigerit, opera prædicta, quæ ipsi Sodales in Vrbe præsentes pro singularum Indulgentiarum, remissionum, & relaxationum hujusmodi consecutione observare deberent, apud Ecclesias eorumdem locorum, aut alibi, prout poterunt, observando, & exequendo, omnes easdem Indulgentias, remissiones, & relaxationes habeant, & illæ eis pariter suffragentur: nec non tam in Vrbe præsentes, quàm alibi ubivis locorum commorantes Sodales primariæ Congregationis, seu primarii Sodalitii hujusmodi, qui singulis quadragesimalibus, & aliis anni temporibus, ac diebus Stationum Ecclesiarum dictæ Vrbis, & extra illius muros, quæ à Christi fidelibus pro

Sodales ubivis locorum possunt consequi prædictas indulgentias.

Indulgentia stationum Vrbis visitantibus Ecclesiam Societatis ubi adsit, vel aliam quamcumque.

con-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

consequendis Indulgentiis & remissionibus visitari solent; dictæ Societatis, si ibi fuerit, alioquin aliam Ecclesiam, seu Capellam in locis, ubi eos pro tempore residere, seu morari contigerit, ut præfertur, devotè visitaverint, & ibi septies Orationem Dominicam, & septies Salutationem Angelicam recitaverint; tot & easdem Indulgentias consequantur, quas consequerentur, si iisdem temporibus, & diebus singulas Ecclesias dictæ Vrbis, & extra illius muros hujusmodi pro iisdem Stationibus, & Indulgentiis consequendis deputatas personaliter visitarent, ac omnia & singula, quæ pro hujusmodi gratiarum consecutione quomodolibet requiruntur, plenè adimplerent. Præterea eidem Præposito, seu Vicario Generali pro tempore existenti, ut in quibusvis aliis dictæ Societatis Collegiis extra Vrbem prædictam per universum orbem, nunc & pro tempore erectis, seu eorum Ecclesiis pro eorumdem piorum operum incremento, quascumque alias, seu quæcumque alia Scholarium ibidem litterarum studiis insistentium, & aliorum Christi fidelium ipsi Societati devotorum Congregationes; seu Sodalitia sub eo titulo Annuntiationis B. MARIÆ, quæ ab ipsâ primariâ Congregatione, seu primario Sodalitio, tamquàm membra à capite dependeant; auctoritate nostrâ, sine tamen Societatis, aut Collegiorum, & Ecclesiarum hujusmodi præjudi-

Facultas cõceditur Generali Præposito quascumque alias Congregationes in Collegiis extra Vrbem erigendi & aggregandi.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

cio, erigere & instituere; illasque, seu illa, eidem primariæ Congregationi, seu primario Sodalitio aggregare; ac eis sic erectis, institutis, & aggregatis, eorumque Sodalibus prædictas, ac omnes & quascumque alias Indulgentias, peccatorum remissiones, relaxationes, gratias, & facultates tam spirituales, quàm temporales, à Nobis, dictaque Sede primariæ Congregationi, seu primario Sodalitio de cetero concedendas, ita ut Sodales aliarum Congregationum, seu aliorum Sodalitiorum hujusmodi, observantes & exequentes ea, quæ ipsius primariæ Congregationis, seu primarii Sodalitii Sodales, pro indulgentiis, remissionibus, & relaxationibus hujusmodi consequendis observare & exequi debent, easdem Indulgentias, peccatorum remissiones, & relaxationes pariter consequantur, facultate aggregandi, & gratias hujusmodi aliis concedendi dumtaxat exceptа, communicare. Nec non tam Primariam, seu Primarium, quàm ommes & singulas ei aggregandas Congregationes, seu omnia, & singula ei aggreganda Sodalitia hujusmodi per se, vel alium, seu alios ejusdem Societatis Presbyteros idoneos ad id ab eo deputandos visitare, & pro earum felici statu, regimine, & directione quæcumque statuta, constitutiones, & decreta, licita tamen & honesta, sacrisque Canonibus & Concilii Tridentini decretis non contraria; nec non ab ipso Præposito, seu Vica-

Aggregatis quævis Primaria indulta, & Indulgentias concedendi.

Congregationes visitandi.

Statuta condendi.

UVA. BHSC. BU 06252

Vicario, ſi per alium, vel alios deputandos hujuſmodi fiant, examinanda & approbanda edere; ac poſtquàm edita fuerint, quoties pro eorum, & temporum qualitate, aut alias expediens ei videbitur, immutare, corrigere, moderari, & reformare, aut alia ex integro condere liberè & licité valeat; eiſdem auctoritate Apoſtolicâ & tenore perpetuo concedimus & indulgemus: decernentes ſtatuta, Conſtitutiones & decreta hujuſmodi, poſtquàm edita, immutata, correcta, moderata, reformata, & condita fuerint, ab omnibus Sodalibus prædictis inviolabiliter obſervari debere; ac præſentes litteras ſub quibuſcumque ſimilium vel diſſimilum Indulgentiarum, & aliarum gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam in favorem Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ſeu Cruciatæ Sanctæ, aut aliàs per Nos, vel alios Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, aut dictam Sedem, etiam Motu proprio, & ex certâ ſcientiâ, Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu ad quorumvis etiam Imperatorum, &c. Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam pro tempore quomodolibet factis minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ac de novo

GREG. XIII. *Examinādi, approbandi.*

Præſentes litteras non comprehendi ſub quibuſvis aliis, etiam Cruciatæ ſanctæ. Conceſſionum revocationibus.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIII.

concessas esse & censeri : nec non omnibus, quos illæ concernunt, suffragari debere ; Irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, & nostrâ de Indulgentiis ad instar non concedendis, ac aliis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, ut earumdem præsentium transsumptis, etiam impressis, Secretarii ipsius Societatis, vel Notarii publici manu, & personæ alicujus in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, vel pro tempore existentis Præpositi, aut Vicarii Generalis ejusdem Societatis sigillo munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, in judicio & extra adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis, institutionis, concessionis, elargitionis, relaxationis, indulti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo quarto,

Non obstantibus.

Transumptis habeatur fides.

No-

UVA. BHSC. BU 06252

Nonis Decembris, Pontificatus noſtri anno tertiodecimo. GREG. XIII.

Pro Reverendiſſ. D. Summatore

A. Iuſtus.

Io. Baptiſta Canobius.

A. de Alexiis.

Regiſtrata apud Io. Baptiſtam Secretarium.

UVA. BHSC. BU 06252

SIXTI V.

EXTENDITVR FACVLTAS

Erigendi Scholarium Congregationes in Collegiis, primariæque Romanæ aggregandi, ac Indulgentias eis communicandi Generali Soc. IESV Præpositо alàs concessa, ad alias non Scholarium, etjam in Domibus erigendas, Congregationes.

SIXTVS *Episcopus Servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

SVpernâ dispositione, cujus inscrutabili providentiâ ordinationem suscipiunt universa, in supereminenti Apostolicæ dignitatis specula, meritis licet imparibus constituti; & pia & salubria Christi fidelium vota, quæ ad Confraternitatum, seu Sodalitatum, præsertim in hac Vrbe nostra ritè institutarum, laudem & gloriam cum animarum salute tendere dignoscuntur, libenter exaudimus; ipsasque Confraternitates, seu Sodalitates condignis

UVA. BHSC. BU 06252

dignis titulis extollimus, ac aliàs desuper dis- SIXTI
ponimus, prout in Domino conspicimus eis- V.
dem Christi fidelibus salubriter expedire.
Aliàs siquidem pro parte dilecti filii CLAV-
DII AQVAVIVÆ Præpositi Generalis Socie- *Concessio*
tatis IESV, felicis rec. GREGORIO Papæ XIII. *Greg. XIII.*
prædecessori nostro exposito, externos Scho-
lares ad Collegia ejusdem Societatis in diver-
sis mundi partibus institutа studiorum caussâ
confluentes, pia quædam & laudabilia Scho-
larium Collegii prædictæ Societatis de Vrbe
exercitia ferventi studio imitari; exindeque
dictis Collegiis majorem in dies propagatio-
nem accipientibus, multiplices fructus ad Dei
gloriam, ac ejus divini nominis cultum, &
B. MARIÆ Virginis honorem, publicam sa-
lutem, & animarum spiritualem consolatio-
nem provenire cœpisse; idem prædecessor ad
laudabile eorumdem Scholarium in piis ope-
ribus, & officiis hujusmodi studium conser-
vandum, atque augendum, dicti CLAVDII
Præpositi supplicationibus inclinatus, in Ec-
clesiâ Annuntiationis ejusdem B. MARIÆ sitâ
in corpore ædificiorum dicti Collegii Vrbis,
in quâ ab ejusdem Collegii Scholaribus sub
illius Rectoris, & aliorum dictæ Societatis
Religiosorum directione instructis, tam pia-
rum & fructuosarum exercitationum institu-
tum primordium suum habuerat, unam, seu
unum externorum Scholarium dicti Collegii,

UVA. BHSC. BU 06252

SIX. V. *Primaria Congregationis per Greg. erectio.*

ac cum eis simul etiam aliorum Christi fidelium Societati prædictæ devotorum Primariam Congregationem, seu Primarium Sodalitium sub titulo ejusdem Annuntiationis B. MARIÆ per dictum Claudium tunc, & pro tempore existentem Præpositum Generalem, vel eo absente, aut esse desinente, donec novus succederet, Vicarium etiam Generalem dictæ Societatis dirigendam, seu dirigendum, sine tamen ipsius Societatis præjudicio, Apo-

Indulgentiarum concessio.

stolicâ auctoritate perpetuò erexit & instituit; pluresque Indulgentias, etiam plenarias, & peccatorum remissiones Scholaribus, & Christi fidelibus prædictis concessit: ac Præposito, seu Vicario prædicto, ut in quibusvis aliis di-

Facultas Congregationes alias erigendi, ac Primaria aggregandi.

ctæ Societatis Collegiis extra dictam urbem per universum orbem tunc, & pro tempore erectis & erigendis, sive eorum Ecclesiis pro dictorum piorum operum incremento, & animarum salute, quascumque alias, sive alia Scholarium inibi bonarum litterarum studio insistentium, ac simul cum eis etiam aliorum Christi fidelium (ut præfetur) devotorum, Congregrationes, sive Sodalitia sub eodem titulo in singulis scilicet Collegiis singulas, seu singula quæ à Primaria Congregatione, seu Primario Sodalitio prædicto, tamquàm membra à capite suo dependerent, erigere & instituere; illasque, seu illa eidem Primariæ Congregationi, seu primario Sodalitio aggregare; illis-

UVA. BHSC. BU 06252

illiſque ſic erectis & aggregatis , eorumque Sodalibus prædictas , & quaſcumque alias indulgentias, & peccatorum remiſſiones,relaxationes,gratias , & facultates ab eodem prædeceſſore,& Sede Apoſtolicâ ipſi PrimariæCongregationi , ſeu Primario Sodalitio eatenus conceſſas , & de cetero concedendas communicare, & alia facere poſſet, itidem etiam perpetuò conceſſit, & indulſit ſub certis modo & formâ tunc expreſſis , prout in litteris ipſius Prædeceſſoris deſuper confectis pleniùs continetur. Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Claudii Præpoſiti petitio continebat , ex Congregationibus, ſeu Sodalitiis hujuſmodi novi in dies, atque eò majores,quò plures ſunt Sodáles, fructus provenire noſcantur;& in multis Collegiis,pro Sodaliũ frequentiâ ac diſparitate opus fuerit,non unam tantùm, ſed plures in eodem Collegio Congregationes hujuſmodi inſtituere ; quin etiam in eiſdem Collegiis , ac etiam Domibus dictæ Societatis alia non ſtudioſorum Scholarium , ſed aliorum piorum Chriſti fidelium Sodalitia , ſeu Congregationes paſſim inſtituantur. Vt igitur tam Scholares , quã ceteri Chriſti fideles eò promptiores ad hujuſmodi Congregationes,vel Sodalitia ingredienda reddantur ; & ad piorum operum exercitia magis excitentur , ac excitati manu teneantur , quò amplioribus cæleſtis gratiæ donis ſe,ac eorum Congregationes,ſeu

SIXT. V.

Primariæ Indulgentias aggregatis Congregationibus communicandis.

Soda-

UVA. BHSC. BU 06252

SIXTI V.

Petitio.

Sodalitia decoratos, ac refectos, ac decorata, & refecta esse conspexerint; pro parte dicti CLAVDII Præpositi nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus sibi, ac pro tempore existenti prædictæ Societatis Præposito, seu Vicario Generali, ut in quibusvis dictæ Societatis Ecclesiis, seu Domibus ac Collegiis tam in Vrbe, quàm extra eam per universum orbem nunc, & pro tempore erectis, seu erigendis, quasvis alias, sive Scholarium tantùm, sive aliorum Christi fidelium tantum, sive utrorumque simul, tam sub eodem B. MARIÆ Annuntiatæ, quam alio quovis titulo, & invocatione Congregationes, seu Sodalitia dictâ auctoritate perpetuò erigendi, instituendi facultatem & licentiam concedere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quòd litteræ super Indulgentiis non expedirentur ad instar, nisi specificarentur; ac animarum salutem, nostris potissimùm temporibus, sinceris desideramus affectibus; CLAVDIVM Præpositum, seu Vicarium prædictum, ac eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine, quavis occasione vel caussâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absol-

UVA. BHSC. BU 06252

absolventes, & absolutum fore censentes, posterioribus supplicationibus hac in parte nobis porrectis inclinati, eidem CLAVDIO, & pro tempore existenti dictæ Societatis Præposito, seu Vicario Generali, ut in quibusvis ejusdem Societatis Ecclesiis, seu Domibus ac Collegiis, tam in dictâ urbe, quàm extra eam, per universum orbem nunc, & pro tempore erectis, seu erigendis, & instituendis, quasvis alias, sive Scholarium tantùm, sive aliorum Christi fidelium tantùm, sive utrorumque simul, tam sub eodem B. MARIÆ Annuntiatæ, quàm alio quovis titulo, & invocatione, Congregationes seu Sodalitia; unum scilicet, vel plura in singulis locis, vel Ecclesiis pro personarum frequentiâ, seu qualitate, auctoritate nostrâ sine alicujus præjudicio, perpetuò erigere & instituere; nec non Congregationes, seu Sodalitia hujusmodi jam nunc, & pro tempore erecta, & instituta eidem Primariæ Congregationi, seu Primario Sodalitio auctoritate Apostolica, & vigore præsentium litterarum etiam perpetuò aggregare; eisque sic erectis, institutis, & aggregatis respectivè, eorumque Sodalibus, Scholaribus & non Scholaribus, omnes & singulas, tam plenarias, quàm alias indulgentias, & peccatorum remissiones ac relaxationes; nec non exemptiones, immunitates, ceteraſque gratias, facultates, indulta, & privilegia spiritualia, & temporalia,

SIXTI V.

Præcedentis facultatis extensio ad plures etiam non Scholarium Congregationes in quibusvis Societatis locis erigendum.

Aggregandum.

UVA. BHSC. BU 06252

SIXT. V. *Aggregatis Primariæ, & aliarũ Congregationum Indulgentias communicandi, & concedendi.*

ralia, tam dictæ Primariæ, quàm singulis aliis in quibusvis dictæ Societatis Collegiis, vel Domibus aggregatis, vel aggregãdis Scholarium, & aliorum Congregationibus, seu Sodalitiis hactenus tam per dictum, quàm alios quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, Nosque & Sedem Apostolicam, ac etiam Regiâ & Imperiali auctoritate, ac tam per viam extensionis, quàm aliàs quomodolibet; & quandocumque concessas, & concessa hactenus, ac in posterum concedenda quibuscumque aliis, sive Scholarium dumtaxat, sive aliorum Christi fidelium tantùm, sive utrorumque simul, ac mixtim Congregationibus, seu Sodalitiis in quibuslibet Collegiis, aut Domibus dictæ Societatis hucusque institutis, ac in posterum instituendis, eorumque Sodalibus Scholaribus, & non Scholaribus, auctoritate Apostolicâ, & vigore præsentium hujusmodi etiam perpetuò communicare, illasque, & illa ad easdem omnes Congregationes, seu Sodalitia, eorumque Sodales etiam non Scholares indifferenter, & æquè principaliter extendere; ac etiam illis concedere, & elargiri liberè & licitè valeat; ita quòd nunc, & quandocumque in futurum ipsi Sodales Scholares, & non Scholares quicumque sint, faciendo, & observando ea, quæ Sodales Primariæ, & aliarum Congregationum, seu Sodalitiorum prædictorum, pro indulgentiis, peccatorum remissionibus,

UVA. BHSC. BU 06252

bus, relaxationibus, & aliis gratiis prædictis consequendis facere, & exequi tenentur; ipsas indulgentias etiam plenarias, & alias hujusmodi gratias, plenariè & integrè consequantur, ac illis fruantur, & potiantur, ac si illæ eis specialiter, & ab initio concessæ fuissent, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium perpetuò indulgemus: dictique GREGORII prædecessoris litteras, immunitates, exemptiones, facultates, privilegia, & indulta; nec non in eis contenta quæcumque, tam respectu dictarum Congregationum, seu Sodalitiorum hujusmodi, quàm dicti, & pro tempore existentis Præpositi, seu Vicarii Generalis dictæ Societatis, ad prædictas Congregationes, seu Sodalitia Scholarium, & non Scholarium etiam Christi fidelium quorumcumque, tam erectas, quàm in posterum, ut præfertur, erigendas, instituendas, ac aggregandas pariter perpetuò extendimus: ita ut omnia in illis contenta, & præsentibus litteris hujusmodi concessa, indulta, & elargita, ac si specialiter de verbo ad verbum eisdem præsentibus inserta, eorumque toti tenores expressi forent, concessa esse intelligantur. Decernentes easdem præsentes litteras sub quibuscumque similium vel dissimilium indulgentiarum, vel aliarum gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus, etiam in favorem Basilicæ Principis SIXT. V.

Apo-

UVA. BHSC. BU 06252

SIXTI V. Apostolorum de dictâ Vrbe, seu Cruciatæ Sanctæ, aut etiam per Nos, seu alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac dictam Sedem etiam motu proprio, etiam potestatis plenitudine, seu ad quorumvis Imperatorum & Regum instantiam pro tempore quomodolibet factis, minimè comprehendi; sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè redintegratas, ac de novo concessas esse, & censeri debere: irritumque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac voluntate nostrâ prædictâ, nec non Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quòd si dictæ Congregationes aut Sodalitia, vel eorum quæcumqe aliquo modo eidem Societati, vel Domibus seu Collegiis aliquod impedimentum, seu præjudicium pro tempore attulerint, idem Præpositus, seu Vicarius illas, vel illa, aut eorum singulas, vel singula dissolvere possit: quodque præsentium transumptis etiam impressis, manu Secretarii ipsius Societatis, aut Notarii publici subscriptis, & personæ alicujus in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ, seu ipsius Præpositi aut Vicarii Generalis pro tempore existentis ejusdem Societatis sigillo munitis eadem prorsus fides ubique locorum

Transumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

corum in judicio & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, indulti, extenſionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXXXVI. Nonis Iannuarii, Pontificatus noſtri anno ſecundo. SIXT. V.

A. Brigantius. Pontius Scæva.

Quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis tanquàm rité, rectè, & legitimè *factis auctoritatem, & decretum dictæ curiæ, atque noſtram interponendam duximus, & interpoſuimus, prout interponimus præſentium per tenorem. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, præmiſſorumq́; robur, & teſtimonium præſentes noſtras exinde feri, per Notarium noſtrum publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari, ſigilliq́; Reu. Cameræ Apoſt. quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus impreſſione muniri. Datum Romæ, in Palatio noſtro Iudiciali, horâ veſperorum Audientiæ cauſſarum conſuetâ, ſub anno à Nativitate D.N. Ieſu Chriſti* M. D.LXXXVII. *Indictione* XV. *Die verò* XXVI. *Menſis Auguſti, Pontificatus*

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV. *Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Sixti divinâ providentiâ Papæ V. anno* III. *Præsentibus ibidem Dominis Io. Iacobo de Fabiis, & Marco Antonio Bruto ejusdem nostræ Curiæ Notariis testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis specialiter, atque rogatis.*

S. D. N. GREGORII Papæ XIV. Constitutio, quâ Societatis institutum & ratio gubernandi confirmantur : & ne quid contra hæc à quoquam tentetur, graviter interdicitur.

GREGORIVS Episcopus, servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

EEcclesiæ Catholicæ, cui Deo auctore præsumus, decor atque utilitas postulat, ut, cùm in omnibus illius membris fovendis, atque ornandis assiduè nobis laborandum sit : in illa tamen præcipuam vigilantiæ nostræ partem impendere debeamus, quæ non modò ipsa per se robur ac pulchritudinem corpori huic mystico afferunt; sed ceteras etiam ejusdem partes, vel disruptas consolidare, vel integras custodire, vel fœdatas

UVA. BHSC. BU 06252

datas eluere, atque etiam ornare valeant. GREG. XIV.
Inter hæc autem quem locum obtineant religiosi Ordines, præsertim verò qui proximorum utilitati deserviunt, non obscurè perspicimus, cùm & superiora tempora & præsentia diligenter attendimus. In his verò Religio Societatis IESV, quam novissimis hisce diebus divina providentia excitavit, adeò strenuè laboravit, ac sine intermissione laborat, ut illius vel turbationem, & infirmitatem ad commune Ecclesiæ damnum; vel pacem atque integritatem, ad ejusdem utilitatem maximè pertinere putemus. Et quoniam neque tranquillitati, neque firmitati hujusmodi Ordinum prospectum esse poterit, nisi eorum instituta firmiter inconcussa serventur: iisdemque modis feliciter progrediantur, & crescant, quibus à Fundatoribus, Domino inspirante, atque hac sanctâ Sede approbante, primum fundati sunt; necessarium duximus ea, quæ ab Ignatio hujus Ordinis Fundatore ordinata, & à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus circa ejusdem Societatis Institutum sancita sunt, Apostolicæ firmitatis munimine denuò roborare. Quamuis enim præfatæ Societatis institutum jam inde ab ejus primordiis fuerit per fel. rec. PAVLVM III. & IVLIVM etiam III. Romanos Pontifices prædecessores nostros approbatum; & à fel,

Societas commendatur.

Regulares Ordines eisdem modis crescere debent, quibus fundati sunt.

Summorum Pontificum instituti Societatis approbationes.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV.

rec. GREGORIO XIII. etiam prædeceſſore noſtro, primò per ejus quaſdam litteras ſub Dat. Kal. Febr. Pontificatus ejus anno undecimo: deinde copioſiùs per Conſtitutionem, quæ incipit, *Aſcendente Domino*, confirmatum; nihilominus tamen non idcircò defuerunt, qui adhuc ſub zeli & boni ſpecie, aliqua ex iis, quæ in dictis Pontificis approbationibus & confirmationibus continentur, & alia etiam quæ ad Inſtitutum, & rationem gubernandi dictæ Societatis pertinent, variis modis inpugnare: quin etiam apud piæ mem. SIXTVM PP. V. prædeceſſorem item noſtrum oblatis libellis, & variis excogitatis modis traducere, & calumniari, atque ut ea, quæ conſultiſſimè ſancita erant, infringerentur, conari veriti non fuerint; inſtantes ſcilicet, ut res & negotia Societatis non per Superiores, ut hactenus juxta illius Conſtitutiones, & Apoſtolica diplomata factum eſt, ſed per Capitula, ſeu Congregationes definiantur: ut electiones tam Provincialium, quàm Superiorum localium non à Præpoſito Generali juxta hujuſmodi Conſtitutiones ac diplomata, ſed in Capitulis eiſdem fiant: ut Novitii in Societatem, & ad vota Scholaſticorum, peracto biennio Noviciatus, in Capitulis eiſdem admittantur: ut Profeſſioni certum, ac præfixum tempus ſtatuatur, quo exacto, per ſuffragia Congregatio-

Impugnantium inventa, & præſumtiones.

UVA. BHSC. BU 06252

gationis religiosi hujusmodi ad Professionem admittantur : ut qui juxta Institutum ac formulam ipsam votorum, quâ voverunt, sanctæque hujus Sedis approbationem à Societate dimittuntur, non nisi ordinarii judicii formâ servatâ, dimittantur. Illa etiam in controversiam & examen eodem tempore adducta fuêre, nempe, Nomen ipsum Societatis IESV, quòd non esset ita deinceps vocanda : Religiosos non professos non debere ad sacros ordines promoveri : Hujusmodi religiosos non esse prohibendos, quin ad alios regulares Ordines transire; similiter nec laicos, ut ad Sacerdotium, nec alios non professos, ut ad Professionem, aut ad gradus mutationem aspirare possint : Facultatem præterea eos, qui professi non sunt, dimittendi non probari. Quibus, & hujusmodi aliis novis impugnantium inventis si aditus pateret, universa Societatis structura labefactaretur atque convelleretur. Nos igitur, hujusmodi impugnationibus diligenter consideratis, & perpenso circa reliqua, quæ in controversiam & examen deducta fuerant, nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium judicio, qui ex mandato ejusdem SIXTI prædecessoris illa accuratè discusserant & examinaverant : Simul etiam perpendentes, primùm quidem quòd

GREG. XIII.

Quædam in dubium vocata.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV.

modus ille res & negotia per Capitula definiendi, optimum Societatis ordinem, ac universam gubernandi rationem prorsus everteret; illam enim Ignatius Fundator, quamvis Superiorum consilium prudentiamque, ac rerum experientiam adjuvare & promovere curaverit, adhibitis scilicet tam Generali Præposito, quàm singulis aliis Superioribus tum Provincialibus, tum localibus, suis ex selectioribus Consiliariis atque Admonitoribus; monarchicam tamen, & in definitionibus unius Superioris arbitrio contentam esse decrevit. Deinde quòd ratio Capitularium electionum maxima ipsi Societati afferret incommoda; in quâ, licet electiones quædam primariæ, cujusmodi sunt Generalis Præpositi, ac illius Assistentium, & Admonitoris in generalibus Congregationibus; in Provincialibus verò, tam eorum, qui Generalem Præpositum eligere, vel generali ipsi Congregationi cum jure suffragii interesse; quàm Procuratorum etiam, qui è singulis Provinciis quolibet triennio in Vrbem ad Procuratorum Congregationem mittuntur; & ejusmodi quædam aliæ electiones per secreta scrutinia, & decisiva suffragia fiant; In reliquis nihilominùs proprii cujusque gradus judicium, & officiorum discretio ac distributio, juxta Constitutiones easdem, & Apostolica diplomata

Ratio gubernandi in Societate.

Primariæ quædam electiones in Congregatione fiunt.

Graduum discretio, ac officiorum distributio est in manu Præpositi.

UVA. BHSC. BU 06252

plomata ipsius Instituti confirmatoria prædi- GREG.
ctorum PAVLI III. ac IVLII etiam III. præ- XIV.
decessorum nostrorum, tota est in ipsius Præ-
positi Generalis manu. Quam Præpositi Ge-
neralis, ac reliquorum illi subordinatorum
Superiorum auctoritatem nonnulli impu-
pugnatores multis modis contrahere ac
enervare tentarunt: denique quòd in ipso-
rum dimissionibus, qui juxta formulam Vo- *In simplicibus Societatis votis, nec contractus vitiosè claudicat, nec injustitia ulla intercedit.*
torum simplicium in Constitutionibus ex-
pressam voverunt, quosque in Societate re-
tinere non expedit, nec contractus vitiosè
claudicet, nec ulla alia interveniat iniusti-
tia. Considerantes insuper, quòd in regula-
ris disciplinæ, ac spiritualis perfectionis
non exiguum detrimentum, totiusque Ordi-
nis perturbationem maximam atque perni-
ciem vergeret, si ea, quæ à Fundatoribus
sanctè statuta sunt, atque ab universo ipso
Ordine sæpiùs in illius generalibus Congre-
gationibus recepta & approbata, &, quòd
præcipuum est, ab hac sanctâ Sede sancita &
confirmata sunt, non solùm mutari, sed quo-
cumque prætextu impugnari ac labefactari
contingat; omni nobis studio curandum esse
duximus, ejusmodi novitatibus, ac teme-
rariis impugnantium præsumptionibus
omnem aditum præcludere, ac Societatis
indemnitati prospicere: ut hac ratione So-
cietas ipsa nostro & Apostolicæ Sedis præ-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV.

sidio munita, atque in sui Instituti puritate, & Regularis disciplinæ integritate, quiete ac pace conservata, uberiores in dies fructus in agro Domini pergat, ipso Domino adjuvante, alacriter, absque impedimento proferre. Motu igitur proprio, & ex certa scientiâ nostrâ, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, laudabile ipsius Societatis Institutum, Constitutionesque omnes, ac statuta & decreta, & quæ illud concernunt præmissa omnia, & singula, prædictaque, ac quæcumque alia ejus privilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta à prædictis, seu etiam ab aliis prædecessoribus nostris, etiam per communicationem, concessa, qualiacumque illa, ac si ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, tenore præsentium approbamus & confirmamus; supplentes omnes juris ac facti defectus, si qui intervenerunt in eisdem. Et nihilominùs hac nostrâ perpetuò valiturâ Constitutione, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, statuimus, decernimus, & ordinamus, ut in Societatis prædictæ Congregationibus quibuscumque eo prorsus modo procedatur, atque ea tantùm tractentur & definiantur, quæ in Constitutionibus, ac Congregationum generalium decretis statutum jam est, vel in posterum statuetur ut in eisdem Congregationi

Nova Instituti, Constitutionum, ac præmissorum omnium, & privilegiorũ Societatis confirmatio.

In Congregationibus procedatur juxta Constitutiones & decreta.

UVA. BHSC. BU 06252

tionibus tractentur & definiantur. Electio verò Superiorum tam Provincialium, & Visitatorum, quàm quorumcumque localium tota sit penes Præpositum Generalem juxta Constitutiones easdem; prout penes ipsum esse, & conservari districtè præcipimus, cum potestate illorum facultatem revocandi, restringendi, & etiam augendi, ac administrationis rationem ab illis exigendi, & eosdem ab officio removendi, prout in Domino judicaverit expedire. Novitios etiam, tam in eorum admissione ad Societatem, quàm ad Scholasticorum vota post biennium Novitiatus juxta Societatis morem, per Superiores admittendos esse. Graduum etiam discretio, & judicium, ac Coadjutorum tam spiritualium, quàm temporalium, simulque & Professorum promotio juxta hujusmodi Constitutiones similiter sit in manu Præpositi Generalis. Tempus autem promotionis ad hujusmodi gradus, nullo modo volumus certum seu determinatum esse; sed Constitutiones ac diplomata prædicta hac etiam in parte omnino observari volumus & mandamus; quæ statuunt selectos tantùm spiritus & doctrinæ viros, & multùm diuque exercitatos, ac in variis probationibus virtutis, & abnegationis sui ipsorum, cum omnium ædificatione & satisfactione, satis cognitos ad

GREG. XIV.

Superiorum electio tota sit penes Præpositum.

Novitii ad Societatem, & Scholasticorum vota per Superiores admittendi.

Graduum discretio, & ad illos promotio sit in manu Præpositi.

Tempus promotionis ad hujusmodi gradus non sit determinatum.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV.

Qui ad professionem admittendi. Promoveri non debent, nisi cùm Societati fuerit ab eis satisfactum.

Omnis auctoritas Præposito concessa inviolatè conservetur.

Professionem esse admittendos; & denique non nisi cùm Societati, vel ejus Præposito Generali fuerit ab eis plenè in Domino satisfactum. Omnis verò auctoritas, omnes denique facultates per dictæ Societatis Constitutiones, & Apostolica diplomata Præposito Generali concessæ, tam in iis quæ ipse per se exercere debet, quàm in communicatione Provincialibus, & Visitatoribus, ac aliis quibuscumque Superioribus per ipsum facienda, integrè & inviolatè conserventur. Quoniam, ut ratio ipsa docet, & Ignatius Fundator prudenter animaduertit; ad hoc ut Societas benè gubernetur, valdè expedit, ut Præpositus Generalis omnem habeat in eâ auctoritatem ad ædificationem, ex quâ præter cetera quàm plurima, illud sequetur commodi, ut universus Ordo ad monarchicam gubernationem compositus maximè servetur unitus; ipsiusque membra per universum orbem dispersa, per omnimodam hanc subordinationem suo capiti colligata, promptiùs atque faciliùs à summo capite Christi in terris Vicario, ad varias functiones juxta eorum peculiarem vocationem, ac speciale votum dirigi atque moveri possint.

Formam judiciariam in dimissionibus servandam non esse.

Quod verò attinet ad dimissionem, declaramus formam judiciariam adhibendam non esse, sed modum in Constitutionibus præscriptum, & hactenus in ipsâ Societate servatum

UVA. BHSC. BU 06252

vatum de cetero ſervari volumus, nempe ut etiam ſine aliquo proceſſu, telâ, aut ordine judiciario, ac nullis terminis etiam ſubſtantialibus ſervatis, ſolâ facti veritate inſpectâ, culpæ, vel rationabilis cauſſæ tantùm ratione habitâ, ac perſonarum, aliarumque circumſtantiarum (quarum conſideratio ſit cum caritate & prudentiâ conjuncta) procedi poſſit, auctoritate prædictâ declaramus & decernimus. Quin etiam omnes facultates, omnemque juriſdictionem, quod ad ſubditorum correctionem & punitionem pertinet, quibuſcumque Ordinibus, eorumque Generalibus hactenus conceſſas, non ad inſtar, ſed æquè principaliter, ipſi Societati, ejuſque Præpoſito Generali concedimus, & elargimur. Quo vero ad reliqua, quæ in controverſiam vocata erant, ſic ſtatuimus. Nomen Societatis IESV, quo laudabilis hic Ordo naſcens à Sede Apoſtolicâ nominatus eſt, & hactenus inſignitus, perpetuis futuris temporibus in eâ retinendum eſſe: ac Religioſos hujuſmodi poſt emiſſa vota, etſi ſimplicia, ad ſacros, etiam Presbyteratus, ordines juxta Summorum Pontificum conceſſiones, promoveri poſſe: eiſdemque, emiſſis hujuſmodi votis, ad quemvis alium Ordinem Mendicantium, vel non Mendicantium, (Carthuſienſium dumtaxat excepto) tranſire minimè licere. Laicos, vel alios non Sacerdotes

GREG. XIV.

Omnes facultates ad correctionem & punitionem aliis Ordinibus conceſſæ, Societati ejuſque Præpoſito conceduntur.

Nomen Societatis IESV eſſe retinendum.

Societatis religioſos emiſſis votis ſimplicibus, ad ſacros ordines promoveri poſſe.

Ad nullum Ordinem (Carthuſ. excepto) eis tranſire licet.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV.

Ad Sacerdotium, vel ad profeſſionem, aut cujuſuis gradus mutationem aſpirare non debere.

dotes ad Sacerdotium, vel eoſdem, aut qui Sacerdotes ſunt, ad profeſſionem, aut cujuſvis alterius gradus mutationem aſpirare non debere. Poteſtatem quoque à Societate dimittendi quoſuis non profeſſos ab hac Sede Apoſtolicâ ſæpiùs approbatam; eoſque ab omni obligatione votorum juxta Conſtitutiones & diplomata hujuſmodi emiſſorum, per dimiſſionem ipſam, per quam vota prædicta ceſſant, liberandi, tamquàm rem magni momenti ad Societatis puritatem & conſervationem retinendam, omnino ratam, intactam, & illibatam eſſe volumus. Et ut perturbatorum, & contradicentium audacia coërceatur; ac ne ipſi, vel pernicioſo eorum exemplo alii in poſterum, quæ ab hac Apoſtolicâ Sede ſemel ſtabilita ſunt, præcipuè circa Regularium Ordinum inſtitutionem & confirmationem, in quibus alioquin ad eamdem Sedem tantùm manus apponere ſpectat; impugnare aut eneruare impunè præſumant, aut ullo modo valeant; præcipimus in virtute ſanctæ Obedientiæ univerſis & ſingulis perſonis, tam ſæcularibus quàm quorumuis Ordinum Regularibus, cujuſcumque ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtant, etiamſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, aut majori Eccleſiaſticâ dignitate, ſeu Cardinalatus honore, vel mundanâ

Perturbatorum audacia coërcetur.

Præcipitur omnibus in virtute ſanctæ obedientia;

Regularibus verò etiam ſub excommunicationis latæ ſententiæ, inhabilitatis, ac vocis activæ & paſſivæ privationis pœnis eo ipſo incurrendis;

UVA. BHSC. BU 06252

danâ quavis auctoritate, seu excellentiâ præfulgeant: ipsis verò Regularibus, etiam dictæ Societatis Religiosis, sub pœnis excommunicationis latæ sententiæ, nec non inhabilitatis ad quævis officia, & dignitates, vocisque tam activæ, quàm passivæ privationis, eo ipso absque aliâ declaratione incurrendis (quarum absolutionem Nobis, ac Successoribus nostris dumtaxat reservamus) ne dictæ Societatis Institutum, Constitutiones, aut decreta, vel ex eis quippiam, aut ex præmissis omnibus articulum quemlibet, vel aliud quid supradicta concernens, majoris boni, aut zeli, seu quovis alio quæsito colore, aut prætextu directè vel indirectè, impugnare, vel immutari, alterari, aut formam aliam, seu rationem circa ea induci curare, aut contra, vel præter ea, seu quævis alia ipsius instituti substantialia agere: vel quippiam ulli alii, præterquàm Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore existenti, idque immediatè, vel per nostrum, aut Sedis Apostolicæ Legatum, seu Nuntium, vel ipsius Societatis generali Congregationi, aut Præposito Generali, addendum, minuendum, aut immutandum, sive alterandum proponere quoquo modo audeant vel præsumant. Pœnas denique omnes in GREGORII XIII. prædecessoris prædicti Constitutione (*Ascendente Domino*) con-

GREG. XIV.

Ne Societatis Institutum, Constitutiones, aut decreta, impugnent, vel alterari curent:

Aut contra vel præter ea agant, vel quidpiam ulli alii alterandum præterquam Roman. Pontif. idque immediatè, vel per Legatum, aut Societati, vel Præposito proponant.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV.

Innovantur pœnæ Constit. fel. rec. GREGORII XIII. *omniaque in ea contenta confirmantur.*

Præsentes de subreptionis vitio notari non posse.

contentas, ac Constitutionem eamdem, cum omnibus & singulis in eâ contentis, ac si ea omnia ad verbum præsentibus insererentur, per præsentes approbamus & innovamus. Decernentes præmissa omnia & singula, nec non præsentes, ac in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore, etiam ex eo, quòd interesse forsan habentes ad id vocati non fuerint, vel alio quocumque prætextu, & ex quavis causâ quantumuis urgenti, legitimâ, & rationabili de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, annullari, revocari, ad viam juris reduci, in dubium, vel controversiam revocari, aut adversus illa quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari posse vel debere: nec sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed ab illis semper excepta, & quoties emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo anteà quomodolibet erant, statum restituta, reposita, & plenariè redintegrata, ac de novo etiam sub Datâ per Societatem, illiusque Præpositum Generalem, & alios Superiores prædictos quandocumque eligendâ, de novo concessa, ac etiam confirmata, & approbata, va li-

Nec sub quibusvis revocationibus comprehendi.

UVA. BHSC. BU 06252

validaque, efficacia, & illibata, etiam absque eo quòd desuper à dicta Sede illorum ulterior restitutio, reualidatio, confirmatio, seu nova concessio impetranda sit, fore, & esse, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac easdem præsentes litteras ad probandum plenè omnia & singula præmissa sufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri. Sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices & Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, in quavis causa & instantia, sublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere: nec non irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes universis & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac ceteris Ecclesiarum & Locorum etiam Regularium Prælatis per universum orbem constitutis, ut præsentes litteras, in suis quisque Ecclesiis, provinciis, civitatibus, diœcesibus, & jurisdictionibus ab omnibus inviolatè observari faciant. Quin etiam Præpositum, ac personas Societatis hujusmodi defendant, eosque præmissis omnibus, & singulis pacificè frui faciant & gaude-

GREG. XIV.

Sic judicare debere.

Mandatur ordinariis ut curent præsentes litteras ab omnibus observari.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV. gaudere; non permittentes, ipſos per quoſcumque quomodolibet moleſtari, contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſitâ, compeſcendo, invocato ad hoc etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus tam ipſius SIXTI prædeceſſoris ſuper modo & formâ admittendi Novitios ad Religionem, quàm aliis quibuſvis Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, aut decretis per eumdem, vel quoſlibet alios prædeceſſores noſtros, etiam vivæ vocis oraculo, aut alias quomodolibet editis, ac etiam aliorum ordinum juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris Apoſtolicis quibuſcumque; hujuſmodi Ordinibus, Vniverſitatibus, locis aut perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, & ex certâ ſcientiâ, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſvis irritatoriis, annullativis, caſſativis, revocativis, modificativis, præſervativis, exceptivis, declarativis, mentis atteſtativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac aliàs quomodolibet

Non obſtantibus, &c.

UVA. BHSC. BU 06252

libet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caveatur expreſsè, quòd illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo & formâ in illis expreſſis derogari poſſit, pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica & expreſſa mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret; tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem Sede ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem. Præſentis autem Conſtitutionis & gratiæ communicationem omnibus aliis, qui ſua privilegia cum ipsâ Societate copiosè participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Ceterùm volumus, ut præſentium tranſſumptis, etiam impreſſis, manu Secretarii dictæ Societatis, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Præpoſiti Generalis ejuſdem Societatis, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis, eadem

GREG. XIV.

Præſens conceſſio non communicatur.

Tranſumptis habeatur fides.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV.

omnino fides habeatur in judicio & extra illud, quæ litteris ipſis originalibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſuppletionis, ſtatuti, ordinationis, decretorum, conceſſionis, elargitionis, præcepti, reſervationis, innovationis, mandati, declarationis, derogationis, prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, IV. Kalendas Iulii, Pontificatus noſtri anno primo.

L. Dat.

M. Veſtrius Barbianus.

A. de Alexiis.

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

Anno

UVA. BHSC. BU 06252

Anno à Nativitate Domini M. D. XCI. Indict. IV. Die verò Veneris, XXVIII. Mensis Iunii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N.D. GREGORII Divinâ providentia Papæ XIV. anno primo. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt, & per aliquod temporis spatium dimissæ in Valvis Basilicarum Principis Apostolorum de Vrbe, & S. Ioannis Lateranensis; nec non Cancellariæ Apostolicæ, & Aciei campi Floræ, per nos Laërtium Cecchettum, & Franciscum Baron S. D. N. Papæ Cursores. GREG. XIV.

Claudius Mongeat Magister Cursorum.

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV.

GREGORII XIV.

FACVLTAS NOVITIOS,

Iuxta Conſtitutiones admittendi, & cum illegitimis diſpenſandi, Societati reſtituitur, & de novo conceditur.

ANNO M. D. XCI.

GREGORIVS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Claudius Aquaviva Societatis IESV Præpoſitus Generalis, quòd, cùm in ipsâ Societate, juxta illius inſtitutum Apoſtolicâ auctoritate confirmatum, nec Conventus, ſeu Congregationes generales, niſi ad Præpoſitum Generalem eligendum, & aliàs rariſſimè, & ex cauſſis tantùm magni momenti; neque Provinciales, in quibus, juxta felicis rec. SIXTI Papæ V. prædeceſſoris noſtri priorem de Novitiis admittendis Conſtitutionem, quæ incipit, *Cùm de omnibus*, Novitii ipſi admitti deberent; frequentiùs, quàm ſingulis trienniis, cogantur: Et dum hæ coguntur, duodecim ad ſummum dies durare, in quibus

UVA. BHSC. BU 06252

bus non de Novitiis admittendis, ſed gra- GREG.
viora alia, juxta Societatis ejuſdem Conſti- XIV.
tutiones, tractari debent. Ratio verò deputandi eos, qui Novitios extra Congregationes ipſas, juxta poſteriorem ejuſdem prædeceſſoris declarationem, admittere poſſint; primùm quidem valdè difficulter & incommodè in praxim deduci poſſit : præſertim in regionibus Aquilonaribus, & Vltramarinis, propter magnam Collegiorum inter ſe diſtantiam, & ſæpiſſimè etiam propter itinerum difficultates, bellaque, & alia pericula. Denique etiam in univerſum modus ille minùs exactus ſit eo modo, quem Societas ipſa ſequitur, cùm in illo duo vel tres deputati ſufficiant, in hoc plures communiter interveniant. Et poſtremo, cùm ratio illa decernendi valde differat à modo, quem Societatis Conſtitutiones, & Apoſtolica diplomata in deliberationibus faciendis, ac universâ illius gubernatione præſcribunt; juxta quem modum, Superior (auditis in rebus alicujus momenti Conſultoribus) decernit, quod ſibi ad majorem Dei gloriam facere videtur. Admiſſio autem illa per deputatos, cùm ad eorum ſuffragia non conſultiva (ut ſunt in Societate) ſed deciſiva fieri debeat, diverſitatem non parvam in Societatem inducit. Quare nobis humiliter ſupplicari fecit dictus Claudius, quatenus ſtatui & indemni-

UVA. BHSC. BU 06252

GREG. XIV.

tati dictæ Societatis consulentes, in præmissis opportune providere de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur, qui Societatem prædictam, propter ejus in Ecclesiâ Dei uberes fructus, synceris semper amplexi sumus affectibus; atque, ut uberiores in dies proferre valeat, integram & intactam illi suos Novitios admittendi, & tam cum illis, quàm cum veteranis illegitimis dispensandi, facultatem servari cupimus; prædictum Claudium specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine, quavis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Societati prædictæ, ut ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus tam in Novitiis, etiam cujusvis generis illegitimis admittendis, quam in dispensationibus ad quælibet officia, gradus, & dignitates in Societate obtinenda, ipsis cujusvis generis illegitimis concedendis formam & rationem omnimodam in illius Apostolicis diplomatis ac privilegiis quibusvis, nec non & in Constitutionibus, decretis, & regulis expressam, liberè & licitè prosequi & retinere valeat, Apostolicâ auctoritate decernimus; &, quatenus

Facultas Novitios, juxta Constitutiones admittendi, & cum illegitimis dispensandi.

UVA. BHSC. BU 06252

nus opus ſit, etiam de novo concedimus & indulgemus, eamque perpetuò obſervari volumus & mandamus. Prædictis, ac noſtrâ nuper editâ, quæ incipit, *Circumſpecta*, aliiſque Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis non obſtantibus quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſſumptis etiam impreſſis, manu dictæ Societatis Secretarii, aut Notarii publici ſubſcriptis, ac perſonæ alicujus in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ, ſeu Præpoſiti Generalis pro tempore exiſtentis ejuſdem Societatis, ſigillo munitis, eadem prorſus fides ubique locorum, in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die xxx. Auguſti, M. D. XCI. Pontificatus noſtri anno primo.

GREG. XIV.

Non obſtantibus, &c.

Tranſumptis habeatur fides.

M. Veſtrius Barbianus.

UVA. BHSC. BU 06252

Super quibus omnibus, & singulis præmissis tamquàm ritè, rectè, & legitimè factis auctoritatem, & decretum dictæ Curiæ, atque nostram interponendam duximus, & interposuimus, prout interponimus præsentium per tenorem. In quorum omnium, & singulorum fidem, præmissorumq; robur, & testimonium præsentes nostras exinde fieri, per Notarium nostrum publicum infrascriptum subscribi, & publicari, sigillique Rev. Cameræ Apost. quo in talibus utimur, jussimus, & fecimus impressione muniri. Datum Romæ, in Palatio nostro Iudiciali, horâ vesperorum Audientiæ caussarum consuetâ, sub anno à Nativitate D. N. IESV *Christi* M. D. XCVIII. *Indictione* XI. *die verò* X. *mensis Novembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, &* D. N. D. CLEMENTIS *divinâ providentiâ Papæ* VIII. *anno septimo. Præsentibus ibidem Dominis Marco Antonio Bruto, & Ioan. Francisco Vgolino, ejusdem nostræ Curiæ Notariis, testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis specialiter, atque rogatis.*

BRE-

UVA. BHSC. BU 06252

CLEMENTIS VIII.

Quo Societatis Religiosis usus Bullæ Cruciatæ, quoad eligendum Confessarium, & obtinendam absolutionem à reservatis interdicitur.

ANNO M. D. XCV.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex ad ea sollicitudinis suæ partes intendere debet, per quæ Religiosorum status in pace & quiete tutiùs conservatur. Sanè cùm ratio doceat, & experientia compertum sit, Religionibus valdè pernicioſum existere, ut earum Religiosis licitum sit Confessarium sibi eligere; & licet fel. record. GREGORIVS Papa XIII. Prædecessor, per suas in forma Brevis litteras expresse prohibuerit, ne Religiosi Societatis IESV facultatibus Cruciatæ Sanctæ uti absque Superiorum suorum licentia valerent; nihilominùs, quia nonnulli existimant, ex clausulis litterarum dictæ Cruciatæ cui-

UVA. BHSC. BU 06252

CLEM. VIII.

cumque ipsius Societatis privilegio derogari, & propterea à ipsis Religiosis hujusmodi facultatibus uti licitum esse; speciali ad hoc nostro, & Apostolicæ Sedis opportuno remedio necesse sit; Nos pro nostri pastoralis muneris debito, ea, quæ ipsius Societatis quieto & pacifico statui, ac debitæ Superioribus obedientiæ conservandæ opportuna esse cognoscimus, salubriter providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura Constitutione sancimus, nulli Religiosorum ejusdem Societatis licere facultatibus Cruciatæ hujusmodi in quacumque mundi parte publicatæ, vel publicandæ, quoad eligendum Confessarium, & obtinendam absolutionem à casibus reservatis uti; nec eis, quoad hanc eligendi Confessarium, & obtinendi absolutionem prædictam facultatem, Cruciatam hujusmodi suffragari. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, sublata eis aliter judicandi & interpretandi facultate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica,

Nostris interdicitur usus Cruciatæ.

UVA. BHSC. BU 06252

lica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteris- que contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transsumptis, etiam impressis, manu Secretarii dictæ Societatis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo ejusdem Societatis, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, quæ præsentibus ipsis haberetur. Datum Romæ, apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die XIV Iunii, M. D. XCV. Pontificatus nostri anno quarto.

CLEM. VIII. *Transsumptis habeatur fides.*

M. Vestrius Barbianus.

EX-

UVA. BHSC. BU 06252

CLEM. VIII. EXTENDITVR

Facultas erigendi Congregationes, Primariæque Romanæ aggregandi, ac Indulgentias eis communicandi, Generali Societatis IESV Præpoſito aliàs conceſſa, etiam in Reſidentiis.

ANNO M. DC. II.

Dilecto filio Præpoſito Generali Societatis,

CLEMENS PAPA VIII.

DIlecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cùm, ſicut nobis nuper exponi feciſti, Presbyteri Societatis IESV in Inſula Chienſi reſidentes, unam Congregationem laicorum ad inſtar aliarum Congregationum perſonarum ſæcularium apud Collegia & Domos profeſſas ejuſdem Societatis erectarum, quarum perſonæ Eccleſiaſtica Sacramenta frequentare, & alia exercitia & opera pia & ſpiritualia exercere conſueverunt, erexerint; & ipſius Congregationis, ut præfertur, erectæ perſonæ magno cum fructu & ædificatione Eccleſiaſtica hujuſmodi Sacramenta frequentent,

UVA. BHSC. BU 06252

tent, & exercitiis ac operibus piis & ſpiritua- CLEM.
libus vacare ſtudeant; Cumque ut majori cum VIII.
fructu & ſpirituali conſolatione in illis per-
ſeverent, & alii Chriſti fideles ad illa alli-
ciantur, quò uberius cæleſtium gratiarum
donis conſpexerint ſe eſſe refectos; cupiant
Congregationi primariæ Collegii Roma-
ni, ut Indulgentiarum & gratiarum ſpiri-
tualium eidem Congregationi Collegii Ro-
mani dictæ Societatis per Romanos Ponti-
fices conceſſarum participes fiant, aggre-
gari; Tuque non ſolùm Congregationem
prædictam in Inſulâ Chienſi, ſed alias etiam
Congregationes apud quaſcumque Reſiden-
tias Societatis IESV erectas, & erigen-
das, eidem Congregationi Primariæ Colle-
gii Romani aggregare, illiſque Indulgentias
& gratias ſpirituales hujuſmodi communi-
care, ex noſtrâ ſpeciali gratiâ poſſe cupias;
nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut oppor-
tunam ad hoc facultatem tibi concedere de
benignitate Apoſtolicâ dignaremur; Nos
igitur piis votis tuis benignè annuere vo- *Extenditur facultas Congregationes erigendi, &c.*
lentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclina-
ti, tibi prædictam Inſulæ Chienſis, & quaſ-
cumque alias ſimiles Congregationes apud
quaſcumque Reſidentias Presbyterorum di-
ctæ tuæ Societatis IESV jam erectas, & in
poſterum erigendas, prædictæ Congrega-
tioni Primariæ Collegii Romani aggregan-
di;

UVA. BHSC. BU 06252

CLEM. VIII.

di; illiſque Indulgentias & gratias ſpirituales per quoſcumque Romanos Pontifices, Prædeceſſores noſtros, ac nos, & Apoſtolicam Sedem eidem Congregationi Primariæ conceſſas, communicandi facultatem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus & impertimur. Non obſtantibus noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die xxx. Auguſti, M. DC. II. Pontificatus noſtri anno undecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

B V L.

UVA. BHSC. BU 06252

BVLLA SANCTISS. D. N. PAVLI V. PAVLI QVINTI,

Quâ Institutum & Privilegia Societatis confirmantur : præsertim verò Constitutiones Gregorii XIII. & XIV. approbantur, & de novo conceduntur.

ANNO M. DC. VI.

PAVLVS EPISCOPVS, *servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

QUantum Religio Societatis IESV in Ecclesiâ ad fidei, pietatis, & religionis augmentum profecerit, & in dies magis proficiat; Nos ipsi scimus, & Christiana Respublica novit universa. Propterea illam diversimodè perturbare, ab incepto retardare malis artibus humani generis hostis quotidie nititur : è contrà verò illam & in suo laudabili proposito confovere, & ad Instituti ipsius puritatem & nitorem pristinum retinendum adjuvare, in quo uno solo vis Religionis consistit, procurarunt prædecessores nostri, & Nos totis viribus contendimus. Accepimus siquidem quòd

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI V.

Summorum Pontif. Instituti Societ. approbationes.

quòd licet institutum ipsum jam inde ab initio fuerit à felic. record. PAVLO III. semel per quasdam sub datum v. Kalendas Octobris, Pontificatus sui anno sexto, & iterùm per alias sub datum pridie Idus Martii ejusdem Pontificatus sui anno decimo; & à IVLIO etiam III. per alias sub datum XII. Kalend. Augusti, Pontificatus sui anno primo; ac à GREGORIO XIII. per alias etiam semel sub datum Kalendis Februarii, Pontificatus sui anno undecimo; & iterùm per alias sub datum VIII. Kalendas Iunii, Pontificatus sui anno tertiodecimo; & denique à GREGORIO XIV. Romanis Pontificibus, Prædecessoribus nostris per alias litteras sub datum IV. Kalendas Iulii, Pontificatus sui anno primo: approbatum & confirmatum, & in pristino candore, quo dicta Societas à bonæ memoriæ Ignatio Loyola, illius institutore & fundatore, sancto Spiritu inspirante, decoratum, adversus malas quorumdam quæ sua sunt, non quæ IESV Christi, quærentium impugnationes & calumnias, Apostolicâ auctoritate, pœnis etiam adhibitis conservatum. Nihilominùs quia nonnulli inquieti

Perpetuitatis Præpositi Gener. & aliarum rerum Instituti impugnatio.

spiritus ad suam temeritatem promovendam, perpetuitatem Præpositi Generalis dictæ Societatis in illius Constitutionibus statutam, & perpetuo usu in dictâ Societate quemadmodùm & in Religione S. Dominici,

UVA. BHSC. BU 06252

nici, sancitam & approbatam impugnare, atque immutandam satagere veriti non sunt; & prætextu melioris gubernationis unitatem ejusdem Societatis scindere, nationum collectionem (quæ ingens gloria dictæ Societatis est) dissolvere, atque in partes miserè dissecare, nec unam, sed multas Societates statuere cupientes, certum aliquod in suis regionibus caput, & ut vocant Commissarium, aut perpetuum Visitatorem statui desiderarunt, & fortè desiderant; & multa alia nova, quæ quietem & tranquillitatem ipsius Ordinis perturbant, regularem disciplinam, obedientiam, & illius statuta labefactant, moliti fuerunt, tentarunt, & forsan impetrarunt. Propterea ipsa Societas universa in Quintâ generali Congregatione superioribus annis congregatâ, volens prædictis incommodis, molestiis, & perturbationibus occurrere, ejusdem Fundatoris Constitutionibus firmiter inhærendo, pro felici regimine dictæ Societatis, ac illius Instituti perpetuâ & firmiori observantiâ, infra scripta salubria decreta, seu statuta inter alia fecit & ordinavit, videlicet: *Quoniam diuturno quietis suæ detrimento Societas nostra satis superque experta est gravissima incommoda, quæ filii quidam prævaricatores, & communis pacis illius perturbatores, ac rerum novarum architecti suis conatibus illi attulerunt; & multæ Provinciæ majorem in modum*

PAVLI V.

Decret. 70. V. cong. gen. contra prævaricatores, & communis pacis Societatis perturbatores.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI V.

id efflagitarunt, ut hujusmodi homines debitis pœnis castigarentur; Congregatio pro eo ac debuit, spiritualium filiorum suorum jacturam dolenter ingemiscẽs, ac nihilominùs perpendens, quantum detrimenti unio, obedientia, religiosaq; disciplina Societatis ab iis hominibus passa sit, quantumq; apud externos bonæ illius famæ, quâ bonus odor ubiq; gentium in Christo esse solet, detractum fuerit; statuit omnino salutari alicujus severi decreti medicamento huic tam gravi morbo depellendo prospiciendum esse. Siquidem frequentes illi falsas calumnias, & varias criminationes (de quibus speciale posteà judicium Præposito Generali habendum erit) suæ Religioni immeritò imposuerunt: atque zeli, communisque boni pallio se contegentes, id sibi arrogare ausi sunt, ut judicio totius Societatis, imò & ipsiusmet Fundatoris P. N. sanctæ memoriæ se præferrent: nec dubitarunt libellis scriptis, atque ad summos Pontifices transmissis subscribere his verbis: Ita petit tota Societas: cùm tamen ii pauci essent, & degeneres filii nostræ Religionis, eaq; postularent, quæ essentialia instituti nostri labefactarent; rationemq; gubernationis in Constitutionibus expressam, immutarent; ac novam prorsus formam & rationem inducentes, universam Societatis structuram dissolverent, atque à fundamentis everterent. Quocircà Congregatio declarat ejusmodi homines, tantorum malorum auctores, aliorumque seductores, ac eorumdem vere complices, censuras & pœnas omnes in Apostolicis Bullis contentas incurrisse. Nec non decernit, eos omnes, utpote gravissimæ divisionis Societatis

Perturbatorum inventa & præsumptiones.

UVA. BHSC. BU 06252

tatis auctores, à totâ Societate velut pestem quamprimùm separandos esse; judicio P. Præpositi permittens, utrùm eos peculiaribus pœnitentiis ante dimissionem castigari conveniat. Quod si per aliqua necessaria impedimenta eos è Societate statim ejici non licuerit, Congregatio statuit, eos prætereà inhabilitatis ad quævis officia & dignitates, seu Prælationes, vocisq; tam activæ quàm passivæ privationis pœnis obnoxios fore, quamdiu eos in Societate necessariò retineri contigerit. Insuper Congregatio statuit, ut qui vehementer suspecti de prædictis machinationibus reperti fuerint, ii, vel jurent se humiliter amplexuros Constitutiones & decreta generalium Congregationum, nec non summorum Pontificum Bullas, quibus Societatis Institutum confirmatur, seu explicatur, præsertim verò fel. rec. IVLII III. GREGORII XIII. & GREGORII XIV. nec unquam se acturos quocumque prætextu contra illas, neque ut quidpiam de nostri Instituti ratione immutetur curaturos per quoscumque in Bullâ GREGORII XIV. non permissos: vel si hoc juramentum præstare noluerint, aut post illud præstitum non servaverint, etiamsi professi & antiqui fuerint, de Societate omnino ejiciantur. Præcipit etiam Congregatio in virtute sanctæ Obedientiæ, supradictos omnes auctores, & complices, tamquàm Societati pernicioses, & Apostolicæ Sedi inobedientes, à quocumque ex nostris, sive certâ scientiâ, sive fide dignâ auditione deprehensi fuerint, & quoscumque alios, si qui in posterum pariter deprehendentur similia machinari, ad Præpositum Generalem

PAVLI V.

A Societate ut pestis eiiciantur, & pœnis arbitrio Præposito Generali subjiciantur.

Inhabilitatis & vocis activæ & passivæ privationis pœna.

Suspecti jurent, vel ejiciantur etiam professi.

Præcipitur omnibus in virtute sanctæ Obedientiæ ut machinantes revelent.

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI V.

neralem fideliter esse deferendos, ut ille pro suo officio, & hujus Congregationis voluntate eos iisdem pœnis afficiat, & à Societate dimittat, certus, nisi id viriliter exequatur, se nec bono Societatis pro quâ sanguinem fundere paratus esse debet, nec propriæ conscientiæ satisfacturum. Quod ut sine impedimento fiat, & optatâ pace tandem aliquando Societas nostra frui possit, Congregatio decernit, suppliciter à S.D.N. CLEMENTE, totius Religionis nomine petendum esse, ut prædecessorum suorum exemplo confirmare circa nostrum Institutum, quæ ab illis confirmata, & declarata sunt; & suâ auctoritate & potestate illi assistere dignetur, ut quæ in hujusmodi perversos homines hoc decreto sancita sunt, sine impedimento executioni mandentur.

Decretum 63. quintæ Cong. gen. contra negotia sæcularia & ad res politicas, & status gubernationem pertinentia tractantes.

Quoniam Societas nostra, quæ ad fidei propagationem, & animarum lucra à Domino excitata est, sicut per propria instituti ministeria, quæ spiritualia arma sunt, cum Ecclesiæ utilitate, ac proximorum ædificatione sub Crucis vexillo finẽ feliciter consequi potest, quẽ intendit; ita & hæc bona impediret, & se maximis periculis exponeret, si ea tractaret, quæ sæcularia sunt, & ad res politicas, atque ad status gubernationem pertinent; Idcircò sapientissimè à nostris majoribus statutũ est, ut militantes Deo, aliis quæ à nostrâ professione abhorrent, non implicemur. Cùm autem his præsertim temporibus valdè periculosis, pluribus locis, & apud varios Principes (quorum tamen amorem & caritatem S.mem. P. IGNATIVS conservandam ad divinum obsequium pertinere putavit) aliquo-

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI V.

aliquorum fortasse culpâ, & vel ambitione, vel indiscreto zelo Religio nostra malè audiat; & alioquin bonus Christi odor necessarius sit ad fructificandum; Censuit Congregatio ab omni specie mali abstinendum esse, & querelis, quoad fieri poterit, etiam ex falsis suspicionibus provenientibus, occurrendum. Quare præsenti decreto graviter & severè nostris omnibus interdicit, ne in hujusmodi publicis negotiis etiam invitati aut allecti, ullâ ratione se immisceant, nec ullis precibus aut suasionibus ab Instituto deflectant. Et prætereà quibus efficacioribus remediis omnino huic morbo, sicubi opus sit, medicina adhibeatur, Patribus Definitoribus accuratè decernendum & definiendum commendavit.

Decretum 87. quintæ Cong. gen. de non præfigendo tempore Superioribus localibus.

Petitum fuit, ut auctoritate Congregationis statueretur, ne Superiorum localium officia ultra triennium continuentur. Decrevit autem Congregatio, nullum certum tempus præfigendum, sed servandum esse decretum LXXXVII. *Congregationis secundæ generalis.*

Nos igitur certò scientes, totum sanctæ hujus, & numquàm satis laudatæ Religionis stabilimentum, & profectum in viridi instituti ipsius, & decretorum super hoc in Generalibus Congregationibus ejusdem Societatis editorum, observantiâ consistere; illamque ab hujusmodi, & aliis impugnationibus, molestiis, & calumniis, ac illorum inventis vendicare, & in sui instituti puritate, integritate, quiete, ac pace conservare, quantum

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI V.

tum cum Deo possumus, cupientes; ac dilectum filium Claudium Aquavivam, modernum Præpositum Generalem dictæ Societatis, illiusque singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine, quavis occasione vel caussâ latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; nec non singulorum privilegiorum, Constitutionum, ordinationum, statutorum, indultorum, facultatum, & litterarum supradictorum, & inde secutorum quorumcumque, veriores, etiam totos tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus inserererentur, eisdem præsentibus pro expressis habentes; Motu proprio, & ex certâ scientiâ, ac merâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, laudabile dictæ Societatis Institutum, Constitutiones, ac perpetuitatem Præpositi Generalis Societatis hujusmodi, jamdiu stabilitam, & in eadem Societate usu receptam, & solitam, ac ipsum Præpositum ad vitam eligendi usum & consuetudinem, illiusque in Vrbe ordinariam residentiam, & ipsius Societatis unitatem, & omnium nationum sub uno capite collectionem, in dictis Constitutionibus sancitam: Nec non supradicta & quæcum-

Nova instituti, constitut. præmissorum decr. & privilegiorum Societatis, nec non aliorum decr. & ord. in gen. Congr. editorum confirmatio. Perpetuitas Præp. Gen. & electio ad vitam, ejusdemque in Vrbe ordinaria residentia, & unum in Societate caput approbantur, & confirmantur.

UVA. BHSC. BU 06252

cumque alia decreta, statuta, & ordinatio- PAVLI
nes, quæ Institutum, & Societatem hujus- V.
modi, illiusque gubernandi rationem quo-
modolibet concernunt, in generalibus Con-
gregationibus edita, nec non privilegia, fa-
cultates, exemptiones, immunitates, gra-
tias, & indulta, à prædictis & aliis prædeces-
soribus nostris, eidem Societati, & illius pro
tempore existenti Præposito Generali & Re-
ligiosis, principaliter vel per communica-
tionem concessa, qualiacumque illa sint, ac
desuper confectas litteras, quarum tenores
præsentibus haberi volumus pro expressis,
& inde secuta quæcumque (salvis litteris
piæ memoriæ LEONIS Papæ XI. etiam
prædecessoris nostri, super decimis emana-
tis) Apostolicâ auctoritate prædictâ, earum-
dem tenore præsentium perpetuò approba-
mus & confirmamus, ac illis perpetuæ &
inviolabilis firmitatis, ac nostræ & Sedis
Apostolicæ auctoritatis robur adjicimus:
eaque omnia, & singula innovamus, & de
novo concedimus: ac omnes & quoscum-
que, tam juris quàm facti defectus, si qui
fortè quomodolibet intervenerint, in eis-
dem supplemus: hortantes & paternè mo-
nentes Præpositum Generalem illius, cete-
rosque Superiores, nunc & pro tempore exi-
stentes, ut observationi supradictorum de-
cretorum seriò invigilent, ne humanis re-

Præp. Gen. & alii Super. ad observationem prædictorum decretorum serio invigilandum: &

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI V.

contra prædict a aliquid machinari audentes, tamquàm perturbatores sui ordinis corrigendos, & puniendos monentur.

spectibus, aut quorumcumque potentium interceſſionibus aut minis, Religionis ſuæ bonum, quod ex eorum obſervatione maximè pendet, ullâ ratione poſtponant: eoſdemque monentes, ut eos qui novitati ſtudentes aliquid contra ipſius Societatis Inſtitutum, Conſtitutiones, decreta, canones, regulas, ordinationes, & communem vivendi rationem & normam ipſius, & præſertim dicti Præpoſiti Generalis perpetuitatem, uſumque eligendi illum ad vitam, ac ipſius Societatis unitatem, ſub uno capite collectionem, & liberam, & ſine ullâ triennii aut certi temporis præfixione, Superiorum locaIium gubernationem, per ſe vel alios quoſcumque, quavis auctoritate & dignitate, etiam Regia, fulgentes, quomodolibet machinari auſi fuerint, tamquàm perturbatores ſui ordinis, & rerum novarum molitores, præter pœnas in ſupradictis decretis contentas, ipſius Præpoſiti pro tempore exiſtentis arbitrio, coërceant, corrigant, & puniant. Decernentes eaſdem præſentes, nullo unquam tempore, etiam ex eo quòd cauſſæ, propter quas emanarunt, priùs examinatæ, verificatæ, & approbatæ non fuerint; aut ex quovis alio capite vel prætextu, ac alia quacumque quantumvis legitima & juridica cauſſa de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel

Præſentes de ſubreptionis vitio notari non poſſe.

alio

UVA. BHSC. BU 06252

alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, aut in jus vel controversiam revocari, seu ad terminos juris reduci, aut adversus eas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, etiam Motu pari concedi posse; illasque sub similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, modificationibus, suspensionibus, derogationibus, per quoscumque Romanos Pontifices, prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam, etiam in crastinum assumptionis ad summi Apostolatus apicem quorumcumque successorum nostrorum, vel alias, etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine similibus, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis, ac etiam irritantibus, & aliis decretis, & clausulis quandocumque emanatis, etiamsi de eisdem præsentibus, earumque toto tenore specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fieret, minimè comprehensas, sed tamquàm in divini cultus favorem, & fidei augmentum & propagationem concessas, semperque & omnino ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori, &

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI V.

Nec sub quibusvis revocationibus comprehendi.

novâ datâ per pro tempore existentem Præpositum Generalem, & alios Superiores dictæ Societatis, quandocumque eligendâ, concessas, ac etiam confirmatas, & approbatas, validasque, & efficaces, ac illibatas etiam absque eo, quòd desuper à dictâ Sede illarum ulterior restitutio, revalidatio, confirmatio, seu nova concessio impetranda sit, fore & esse, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, ac causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, sublatâ eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari & definiri debere, irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocircà universis & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis personis in dignitate Ecclesiasticâ constitutis, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se vel alium, seu alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque,

Sic judicari debere.

Mandatur ordinariis, ut curent præsentes litteras ab omnibus observari.

UVA. BHSC. BU 06252

que, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Præpositi Generalis, aliorumque Superiorum pro tempore existentium Societatis hujusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostrâ litteras, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, non permittentes eos desuper à quoquam quomodolibet indebitè molestari, impediri, aut perturbari: Contradictores quoslibet & rebelles, per sententias & censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postpositâ, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. PAVLI V.

Non obstantibus præmissis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum contra præmissorum, & instituti, ac decretorum Societatis hujusmodi tenorem concessis litteris, nec non felic. rec. BONIFACII Papæ VIII. prædecessoris nostri, quâ cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel diœcesim, nisi in certis expressis casibus, & in illis ultra unam dietam, à fine suæ diœcesis ad judicium evocetur, seu ne Iudices à Sede prædictâ deputati extra civitatem, vel diœcesim, in quibus deputati fuerint, *Non obstantibus, &c.*

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI V.

rint, contra quoſcumque procedere, aut alii vel aliis vices ſuas committere præſumant; & in Concilio Generali editâ de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate earumdem præſentium ad judicium non trahatur, ac noſtrâ de non tollendo jure quæſito, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ac decretis, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, etiam vivæ vocis oraculo, aut aliàs quomodolibet editis, ac etiam aliorum ordinum, juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris Apoſtolicis quibuſcumque, hujuſmodi ordinibus, univerſitatibus, locis, & perſonis per eoſdem Romanos Pontifices prædeceſſores, ac Nos & Sedem prædictam etiam motu, ſcientiâ, & poteſtatis plenitudine paribus, ac cum quibuſvis irritantibus, annullativis, caſſativis, revocatoriis, modificativis, præſervativis, exceptivis, declarativis, mentis atteſtativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis fortiſſimis decretis in contrarium etiam pluries conceſſis, confirmatis, approbatis, & etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de

verbo

UVA. BHSC. BU 06252

verbo ad verbum, non autem per clausulas ge- PAVLI
nerales idem importantes, mentio, seu quæ- V.
vis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex-
quisita forma ad hoc servanda foret, tenores
hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil pe-
nitùs omisso, & formâ in illis traditâ observa-
ta, inserti forent, præsentibus pro expressis ha-
bentes, illis aliàs in suo robore permansuris,
hac vice dumtaxat harum serie specialiter &
expresse latissime derogamus ac derogatum
esse volumus: Ceterisque contrariis quibus-
cumque, aut si aliquibus communiter, aut di-
visim ab eadem sit Sede indultum, quòd in-
terdici, suspendi, vel excommunicari non
possint per litteras Apostolicas non facien-
tes plenam & expressam ac de verbo ad ver-
bum de indulto hujusmodi mentionem. Vo- *Transumptis habeatur fides.*
lumus autem quòd præsentium transumptis
etiam impressis, manu Secretarii dictæ So-
cietatis, vel Notarii publici, & sigillo Præ-
positi Generalis ejusdem Societatis, aut per-
sonæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ
munitis, eadem omnino fides adhibeatur in
judicio & extra illud, quæ litteris ipsis ori-
ginalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel
ostensæ. Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nostræ absolutionis, ap-
probationis, confirmationis, adjectionis, in-
novationis, concessionis, suppletionis, hor-
tationis, monitionis, decreti, mandati, dero-
gatio-

UVA. BHSC. BU 06252

PAVLI V. gationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Marcum, anno Incarnationis Dominicæ M. DC. VI. pridie Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Pro Illustriss. & Reverend. D. Summatore.

L. Ducius.

Scipio Cobellucius.

S. De Ursinis.

Locus † plumbi.

S. D.

UVA. BHSC. BU 06252

S. D. N. D. URBANI VIII.

Divinâ providentiâ Papæ VIII. Bulla ſive litteræ decretales Canonizationis S. IGNATII Loyolæ Societatis IESV Fundatoris.

URBANVS *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

RAtioni congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ de Romani Pontificis providentiâ proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu litteræ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum debitum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem felicis recordationis GREGORIVS Papa XV. prædeceſſor noſter, piè attendens, quòd ineffabilis Dei bonitas & miſericordia, quæ miro conſilio ſuis quæque temporibus aptè diſponit, & præteritis ſæculis, ſive ad diſſeminandum Euangelium inter gentes, ſive contra ſubnaſcentes hæreſiarchas, deſtinavit plures ſanctitate ac doctrinâ illuſtres viros; noviſſimis temporibus, cùm pii Luſitanorum Reges in longinquas Indiarum terras, ac remotiſſimas Inſulas latè patentem

vineæ

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. vineæ Domini propagandæ aditum aperuissent; nec minorem Catholici Castellæ Reges novum in Orbem ad Occidentem repertum patefacerent; veterem autem Religionem, omnemque illius sanctitatem, ac perfectioris vitæ professionem Lutherus, monstrum teterrimum, aliæque detestabiles pestes blasphemis eorum linguis in Septemtrionis partibus corrumpere & depravare, ac Sedis Apostolicæ auctoritati detrahere conarentur; excitavit spiritum IGNATII Loyolæ, qui ex medio honorum cursu, & à sæculari & terrenâ militiâ admirabili quadam ratione vocatus, ita se divino imperio regendum & formandum tradidit, ut demum novâ Societatis IESV, quæ inter alia pietatis & caritatis opera Gentilibus convertendis, hæreticis ad fidei veritatem revocandis, & Romani Pontificis potestati tuendæ ex instituto se totam impendit, religione fundatâ, vitam admirabili sanctitate traductam sanctissimo pariter concluserit exitu, ac plurimis sit miraculis illustratus; ejusdem Ignatii catalogo Sanctorum adscriptioni, de quâ dudum agebatur, decrevit intendere. Quippe increbrescente in dies in diversis mundi partibus ipsius Ignatii sanctitatis famâ, & miraculorum gloriâ; cùm claræ memoriæ Philippus Secundus, & Philippus Tertius, Hispaniarum Reges Catholici, & Maria similis

UVA. BHSC. BU 06252

milis memoriæ, Maximiliani Secundi Romanorum Regis Illustris, in Imperatorem electi, & Margarita dicti Philippi Tertii Regis conjuges, necnon plures Ecclesiarum Præsules, & Populi, unà cum dilectis filiis Præposito & aliis dictæ Societatis Religiosis, apud piæ mem. CLEMENTEM PP. VIII. etiam prædecessorem nostrum, oblatis illi processibus, per diversos locorum Ordinarios, etiam auctoritate tunc existentis Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntii, super prædictis sanctitate & miraculis fabricatis, pro litterarum remissorialium, & compulsorialium, ad faciendos pro canonizatione progressus, concessione institissent; ipseque CLEMENS prædecessor oblatos processus & petitionem ad dilectos filios nostros, tunc suos, S. R. E. Cardinales super Sacris Ritibus deputatos, discutiendos commisisset; dictique Cardinales petitioni prædictæ satisfaciendum esse censuissent, si ita eidem CLEMENTI prædecessori placuisset; & dictus CLEMENS prædecessor morte præventus nihil desuper constituere potuisset; similis record. PAVLVS PP. V. similiter prædecessor noster, repetitis per dictos Principes, ac Præpositum, & Religiosos, ac novis, per claræ etiam memoriæ Henricum Quartum Francorum & Navarræ Regem Christianissimum, porrectis instantiis permotus, prædi-

URB. VIII.

 cto

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII. cto GREGORIO prædecessori, tunc in minoribus constituto, & officio Auditoris causarum Palatii Apostolici fungenti, ac dilectis filiis Alfonso Manzanedo, & Ioanni Baptistæ Pamphilio, etiam causarum earumdem Auditoribus, dedit in mandatis, ut causam hujusmodi in statu & terminis, quibus reperiebatur, reassumentes, conjunctimque procedentes, acta omnia & probationes perpenderent; &, si opus tesset, alios testes super vitâ & miraculis ejusdem Ignatii per se & alios ab eis subdelegandos, de novo in genere reciperent, & super his suum ipsorum interponerent judicium: ut si ex iis constaret, inquisitiones, probationes, ac processus hujusmodi esse legitimè factos, causamque sufficienter esse instructam, ea posset ipse PAVLVS prædecessor exequi, quæ Sanctorum dogmata, & sacrorum Canonum postulant instituta. Vnde dicti Auditores visis, & diligenter discussis processibus coram eis exhibitis, censuerunt cum illis debere conjungi processus auctoritate Apostolicâ conficiendos: & ad hunc effectum per seipsos in Romanâ Curiâ, & per nonnullos Archiepiscopos, & Episcopos extra eam, in diversis mundi partibus ab eis subdelegatos, juridicos processus super præmissis contici curarunt. Quibus, jussu ejusdem PAVLI prædecessoris, ad eosdem Cardinales super Sacris Riti-

UVA. BHSC. BU 06252

Ritibus, ut præfertur, deputatos transmissis, & per eos visis, & perpensis; idem PAVLVS prædecessor, ex sententiâ eorumdem Cardinalium, quod dictus Ignatius Beatus nuncupari, & de eo Missa, & Officium de communi Confessoris non Pontificis celebrari posset, benignè concessit, & indulsit. Et deinde cum preces eorum, qui pro canonizatione ejusdem Beati Ignatii institerant, fierent in dies auctiores; volens idem PAVLVS prædecessor in hujusmodi caussâ secundùm consuetudinem sanctæ Sedis Apostolicæ procedere, eisdem Auditoribus per speciale rescriptum mandavit, ut processus factos etiam de novo perpenderent, & alios testes super veritate præmissorum in specie diligentissimè examinarent, & ipsi PAVLO prædecessori referrent. Quod quidem mandatum Auditores prædicti exequi, prout par erat, volentes, caussam similiter de novo excutere cœperunt: & alios quamplures testes super eisdem præmissis per seipsos receperunt in dictâ Curiâ; & per alios ab eis subdelegatos extra eam examinari curarunt: ac nonnulla jura ad caussam facientia ex Archivio dictæ Societatis extraxerunt: & Alfonsus, ac Ioannes Baptista Auditores prædicti, nec non dilectus filius noster Franciscus, ejusdem S.R.E. Cardinalis, Sacratus nuncupatus, tunc, tamquàm Archiepiscopus Damascenus, unus VRB. VIII.

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII. ex Auditoribus cauſſarum dicti Palatii locumtenens, & in locum dicti GREGORII prædeceſſoris, qui jam ad Eccleſiam Bononienſem aſſumptus fuerat, ſubrogatus, in pluribus Congregationibus inter eos habitis, de novo fabricatos, & alios proceſſus prædictos etiam perpenderunt: illoſque legitimè confectos, ac probationes in eis contentas rite & recte peractas, ac ſanctitatem, & miracula ſatis ſuperque probata fuiſſe prædicto PAVLO prædeceſſori retulerunt. Cumque, ipſo PAVLO prædeceſſore viam univerſæ carnis ingreſſo, dictus Præpoſitus ejuſdem Societatis humiliter apud GREGORIVM prædeceſſorem prædictum inſtitiſſet, ut ad ulteriora in Canonizatione ejuſdem Beati Ignatii procedere dignaretur; idem GREGORIVS prædeceſſor illius petitionem benigne audiens, relationem, ut præfertur, factam, ad eoſdem Cardinales, ſuper prædictis Sacris Ritibus deputatos, recognoſcendam etiam remiſit. Cumque, pendente dictæ relationis diſcuſſione, ſuperveniſſent cariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici Francorum & Navarræ Regis Chriſtianiſſimi primùm; mox verò nobilis viri Maximiliani utriuſque Bavariæ Ducis, & ſucceſſivè etiam cariſſimi in Chriſto filii noſtri Ferdinandi Romanorum Regis, in Imperatorem electi, preces acceſſiſſent, dictique Cardinales relationem

UVA. BHSC. BU 06252

tionem prædictam comprobassent ; Venera- VRB.
bilis frater noster Franciscus Maria Episco- VIII.
pus Portuensis, ejusdem S. R. E. Cardinalis à Monte nuncupatus, rei summam, suamque, & aliorum, ut præfertur, deputatorum Cardinalium sententiam in nostro, tunc ejusdem GREGORII prædecessoris, consistorio secreto exposuit : & alii, qui in illo consistorio aderant Cardinales, dilecti filii nostri, in eamdem sententiam devenerunt, posse videlicet dictum GREGORIVM prædecessorem, juxta sacros dictæ S. R. E. ritus, dictum Beatum Ignatium inter Sanctos referre. Quare idem GREGORIVS prædecessor ad ulteriora procedi mandavit. Voluerat autem ipse GREGORIVS prædecessor nonnulla ex iis, quæ in processibus & actis de vitâ, sanctitate, & miraculis ejusdem B. Ignatii constabant, in eodem consistorio recenseri : videlicet :

Natus est B. Ignatius in eâ Hispaniarum regione, quæ ad Pyrenæum pertinet, ad oppidum Aspeithiæ Pampilonensis Diœcesis, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, ex Beltramo Loyola, & Mariâ Sanchez nobilibus, Catholicis, & piis parentibus : qui simili pietate filium educandum curarunt. Adolescens ille factus, cùm esset eximiâ & animi & corporis indole, missus fuit in claræ similiter memoriæ Ferdinandi Regis Catholici Curiam : ubi cùm inter honorarios

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. pueros aliquamdiu mansisset ; ad tunc existentem Navarræ Proregem, in Civitate Pampilonensi degentem , se contulit , & rei militari operam dare cœpit. Cumque dicta Civitas ab exercitu Gallorum obsideretur ; ipsi Ignatio ante alios dimicanti lapis , ex muro bombardæ vi excussus , lævam læsit tibiam ; dexteram verò ita confregit , ut semivivus corruerit : quorum vulnerum acerbam , gravem , & diuturnam curationem ita patienter tulit , ut omnibus esset domesticis admirationi. Cumque eidem , in lecto affixo , libros profanos , tunc sic Deo volente , non repertos , petenti , nonnulli pii libri, legendi caussa, porrecti fuissent, ex eorum lectione tam ardenter fuit incensus , ut ingenti sui odio concepto, decreverit Christi , & Sanctorum vestigia sequi , Hierosolymam proficisci , ut sacra illa loca veneraretur , & fideles in spiritu promoveret , ac infideles ad Euangelium adduceret. Curatis ergo vulneribus, patriam , parentes , res omnes fluxas , & caducas reliquit : & Christo deinceps militaturus ad Monasterium B. Mariæ de Monte Serrato Ordinis S. Benedicti Vicensis Diœcesis perrexit : ibique generali confessione peracta, gladio & pugione in templo ejusdem Monasterii suspensis , aspera talari tunica indutus , funе præcinctus , nudo capite , baculum manu gestans , totam eam noctem , cui dies festus Angelicæ salutationis illuxit , ante aram ejusdem

UVA. BHSC. BU 06252

dem B. Mariæ Virginis inter preces, & lacry- URB.
mas vigilavit: ſeque penitùs divino cultui, no- VIII.
vum exinde militiæ genus ſecuturum, addixit.
Minoreſſam inde vicinum oppidum petiit: &
ad hoſpitale S. Luciæ divertit: & in eo, &
quodam ſpecu, ad præterfluentis amnis ripam
ſito, faciens dignos pœnitentiæ fructus, paupe-
rem atque aſperam vitam tranſegit inter egen-
tes, & ſordidos homines, quibus etiam humil-
limis inſerviebat obſequiis. Poſt aliquod verò
tempus Almam Vrbem noſtram, & ſucceſſivè
Venetias, ac poſtmodùm Hieroſolymam con-
tendit: & perluſtratis ſacris locis, ibidem per-
manere, & animarum ſaluti incumbere vetitus,
rediit ad partes Hiſpaniarum. Et quò meliùs
poſſet in ſpiritu proximis utilitatem afferre,
triginta jam natus annos, Grammaticæ primò
in Civitate Barcinonenſi, & deinde Compluti
Philoſophiæ & Theologiæ per annum cum
dimidio operam dedit: ac demum Pariſiis
omnia illa ſtudia repetiit, ex eleemoſynis vicи-
tans, & officia caritatis, humilitatis, & pœni-
tentiæ non intermittens: ſociis ejuſdem pro-
poſiti, inter quos fuit Franciſcus Xaverius, vir
ſanctus, & Indiarum Apoſtolus, collectis: &
voto cum eis nuncupato, ut conſummatis ſtu-
diis inceptis, Euangelica contenti paupertate,
Hieroſolymam omnes adirent; unanimi ac
ſummo conatu ſaluti proximorum inſerviturі:
quòd ſi per annum navigandi ſe non offerret

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII. occaſio, vel Hieroſolymis permanere prohiberentur; illo voto abſoluti Romam irent, & ſuam ipſorum operam Summo Pontifici in auxilium ſpirituale proximi offerrent. Verùm cùm ex ſtudiorum laboribus, & vigiliis gravem ſtomachi morbum Pariſiis contraxiſſet; juſſu medicorum, & ex ſociorum çonſilio, in patriam rediit, anno ejuſdem Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto: ibique per tres menſes in hoſpitali S. Mariæ Magdalenæ, oſtiatim victum emendicans, & pauperibus inſerviens, tempus ſedulò traduxit. Quo tranſacto, cùm convaluiſſet, Venetias, quò ſocii ex compoſito venire debebant, etiam ipſe profectus, in eâ civitate ad Sacerdotium promoveri voluit: & paupertatis, caſtitatiſque in manibus Hieronymi Veralli Archiepiſcopi Roſſanenſis, in eâ tunc Sedis Apoſtolicæ Nuntii, votum emiſit. Et elapſo anno inter eos condicto, & navigatione in Palæſtinam, propter pacem inter Turcas & Venetos per id tempus ſublatam, interclusâ; Romam cum ſociis venit, anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo: ubi à quondam Quirino Garzonio Romano cive, in quadam ipſius Garzonii vineâ ſub Monte Pincio receptus hoſpitio, conſtitutam operam piæ ſimiliter memoriæ PAVLO III. pariter prædeceſſori noſtro, ad animarum ſalutem obtulit paratiſſimam. Quam cauſſam quò uberiùs & cumulatiùs tractare poſſet,

UVA. BHSC. BU 06252

posset, dictam Societatem à se institutam, ad tria cum aliis Religionibus communia vota quarto adjuncto, per quod peculiarem polliceretur Romano Pontifici obedientiam in missionibus, non petito viatico, etiam ad Infideles, Turcas, Hæreticos, Schismaticos, & quoscumque alios obeundis, à prædicto PAVLO III. prædecessore confirmandam curavit: eamque postmodùm optimis etiam constitutionibus & legibus stabilivit: & in Præpositum generalem electus summâ cum prudentiâ & probitatis laude moderatus est. Ac post multos labores, IESVM appellans, in eadem Vrbe piè obdormivit in Domino, pridie Kalendis Augusti anni ejusdem Domini millesimi quingentesimi quinquagesimi sexti. Vir verè, quem præelegerat Dominus, ut eorum Dux foret, qui portarent ejus sanctissimum nomen coram gentibus, & populis: & infideles ad veræ fidei cognitionem inducerent, ac rebelles hæreticos ad illius unitatem revocarent, suique in terris Vicarii auctoritatem defenderent. Ornavit enim illum Dominus magnitudine, & excellentiâ Fidei, & maximâ Spe communivit, ut satis superque ejus testantur actiones. Assiduum autem obsequium, quod pauperibus, & ægrotis exhibuit in hospitalibus; & eleemosynarum distributio, quas à piis personis suo ipsius studio corrogabat; maxima etiam cura

URB. VIII.

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. & studium, quod jam inde à principio suæ conversionis in eo posuit, ut rudes & pueri doctrinam Christianam perdiscerent; & detentorum in carcere visitatio ac sublevatio, quam instituit & exercuit accuratè; necnon per universum terrarum orbem missiones, quas fecit; & Domus, Ecclesiæ, & Collegia, quæ erexit; & in dictâ Vrbe, præter scholas Grammaticæ, & humaniorum litterarum, quas gratis aperuit, Collegium Germanicum, ac Orphanorum, & Catechumenorum domus, & S. Marthæ, ac S. Catharinæ Monasteria, aliaque loca pia, quæ excitari curavit; & dissidentium reconciliatio; salubria consilia data; & spiritualia exercitia ab eo composita; Sacramentorum frequentationes procuratæ; injuriarum denique remissio, & pro inimicis oratio, quàm ardenter amaret proximum propter Deum, planè demonstrant. Deum autem ipsum quantopere diligeret, patet ex illâ summâ curâ & diligentiâ, quâ studuit propter Deum proximo in spiritualibus & temporalibus semper benefacere: & ex maximâ vigilantiâ, quâ curavit cor suum mundum custodire. A suâ enim conversione nullum in eo deprehensum est dictum, factumve, quod censeri posset esse peccatum mortale: omnes suas cogitationes, verba, & opera in Deum tamquàm in finem referebat, & ad Deum, & Dei gloriam

&

UVA. BHSC. BU 06252

& honorem deſtinabat. Atque hæc verba, videlicet, *Ad majorem Dei gloriam*, uti ſymbolum in ore ſemper habebat. Prudentia quoque fuit in eo admirabilis. In negotiis enim ad Dei honorem peragendis priùs quidem omnia Deo commendabat; deinde ſolerti habitâ conſultatione, & rationibus ad examen vocatis, congruentia ad optatum finem adhibebat præſidia, & eo pacto contingentia mala facilè declinabat. Ejus erga Deum & homines juſtitiam, aſpera vita, & voluntariæ pœnitentiæ, quibus offenſo jam Deo ſatisfacere ſe putabat, ſpiritus devotio & religio, quâ Deo reddidit debitum cultum & honorem; gratitudo quoque, quam erga ſuos & Societatis benefactores continuò oſtendit, & pura veritas, quæ ex ejus ore ſine ullâ fallaciâ, fuco, fictione, aut obſcuritate procedebat, cum cordis puritate & ſimplicitate ſatis commendant. Animi præclara magnitudo ex pœnitentiis, obſequio erga ægrotos, ex operibus caritatis, à quibus propter labores & difficultates, irriſiones, injurias, & contumelias non receſſit; ſed in illis conſtanter uſque ad optatum finem perſeveravit; Patientia verò admirabilis, & manſuetudo ex multis & ingentibus laboribus, ex opprobriis, confuſionibus, & perſecutionibus, libenter & alacriter pro Dei amore perpeſſis, ex gratiarum actione in maledicentes relatâ, & bene-

URB. VIII.

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. beneficiis in injuriantes collatis apparent. Iejunium ipſe adeò coluit, ut eo tempore, quo fuit Minoreſſæ, & Barcinonæ, per totam jejunans hebdomadam, exceptis diebus Dominicis, ſolo pane veſceretur, & aquam biberet: & propter continuatas orationes, & abſtinentias ſemel & iterùm debilis ac ferè ſine viribus eſt inventus. Caſtitatis fuit adeò diligens cuſtos in ſe, & in aliis, ut in Conſtitutionibus Societatis voluerit illam ſuis eſſe tam perfectè ſervandam, ut eniti debeant corporis mentiſque munditiâ, Angelicam puritatem imitari. Profundæ etiam Humilitatis non obſcura dedit indicia, dum ſe ad novæ vitæ genus accingens, noluit ſuum audire germanum, ſibi familiæ nobilitatem, opes, & in militia ſtrenuitatem, ac futuram inde gloriam repræſentantem: ſed ſtatim atque ex morbo & vulnere convaluit, ſæculo nuntium remiſit. Idem etiam denotatur, quia in patriam valetudinis cauſſa rediens, cùm ſe à quodam jam cognitum eſſe animadvertiſſet, timens honorem, quem & germanum, & incolas Aſpeithiæ ſibi exhibituros eſſe intelligebat, noluit cum eo, à quo cognitus fuerat, via recta Aſpheithiam proficiſci, ſed per montes, & ſemitas obliquas ſolus illuc acceſſit: & nobile palatium cum vilitate humilis hoſpitalis libentiſſimè commutavit: nulliſque precibus adduci potuit,

ut

UVA. BHSC. BU 06252

ut domum paternam ingrederetur. Denique non ſolùm vanam mundi gloriam, ſed ſe etiam ipſum egregia magnanimitate contempſit. Renuntiatus enim Præpoſitus Generalis Societatis, tamdiu id muneris ſubire recuſavit, quoad ejus Confeſſarius ei, ut demandatum reciperet officium, imperavit. Et poſt receptum munus, ut eos, quos in Conſtitutionibus ad humilitatem hortatur verbo, firmaret exemplo; primùm quidem in coquinæ miniſteriis aliquot verſatus eſt dies: tum docere aggreſſus eſt pueros & rudes doctrinam Chriſtianam. Excellentem verò famuli ſui ſanctitatem comprobari voluit etiam Altiſſimus ſupernaturali ſplendore vultus, quem dum viveret aliquando viderunt B. Philippus Nerius, & quondam Oliverius Manareus Flander, ejuſdem Societatis religioſus; ac teſtimonio miraculorum: quorum plura etſi ab eo vivente facta in proceſſibus recenſentur, inſigniora tamen poſt ejus felicem dormitionem edita probantur. Iſabella enim Rebelles Monialis, Ordinem S. Claræ in monaſterio S. Eliſabethæ Barcinonenſi ejuſdem Ordinis expreſſe profeſſa, annos nata ſexaginta ſeptem, dum aliquid operis alto in loco molitur, repentè tam gravi caſu ad terram eſt collapſa, ut coxendicis, ſeu femoris os, quod maximum eſt in humano corpore, totum fuerit confractum:

URB. VIII.

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII.

ctum : & per quadraginta dies & ultrà adhibitis per Medicum & Chirurgum, eventu planè irrito, medicamentis ; ac dolore, & febri, quæ ex confractione ſupervenerant, non ceſſantibus, ægrota apud omnes erat citra ullam ſalutis opem, quæ ſaltem naturalibus parari poſſet remediis, ut eadem die moritura crederetur : petita tamen pia cum religione, & impetrata reliquia B. Ignatii, & ſuper coxendicem applicata, ſtatim ſana eſt reddita : & coxendicem, ac tibiam, priùs tumentem atque immobilem, expeditè ac ſine dolore movere cœpit : & die proxima ſurrexit, ac liberè & perfectè ambulavit. Ioannes Leida Majoricenſis in valdè acutam & periculoſam febrim inciderat : augebat periculum maxima ſtomachi nauſea : poſt duodecimum, vel tertiumdecimum diem aucto periculo cùm Deo ſeſe per merita B. Ignatii impenſe commendaſſet ; ſequenti nocte ſomno excitatus, magno ſplendore circumfuſum cubiculum vidit : & uxorem inclamans, Nonne, inquit, vides me à B. Ignatio ſanatum ? & illuceſcente die ſanus & valens ſine alicujus auxilio è lecto ſurrexit, & veſtibus ſe induit, ac in gratiarum actionem templum Societatis expeditè adiit. Hieronymus Honuphrius Etruſcus, incola oppidi Gandiæ, Valentinæ Diœceſis, puer decennis, cùm lethale in ſupercilio prope tempora vulnus

UVA. BHSC. BU 06252

vulnus accepiſſet, propter quod totius oculi tumor, & vehemens febris acceſſerant; & poſt adhibita per menſem integrum per Chirurgum, ex artis præſcripto, medicamenta, vulnus non ſolùm non ſolidaretur; ſed adeò latum & profundum eſſet, ut linamentum digitale inſerendum eſſet; ac tanta ſanies & putredo flueret, ut Chirurgus ipſe miraretur, & crederet os aliquod intus confractum; & alterum Chirurgum etiam vocari juſſiſſet, & ambo coram infirmo conveniſſent; remotis faſciis, quibus vulnus erat opertum & obligatum, præter omnem expectationem, meritis B. Ignatii, cui mater pueri voto jam facto illum commendaverat, vulnus illud penitùs obductum, clauſum, & ſolidatum invenerunt. Magdalena Talavera, in eodem oppido Gandiæ commorans, cùm per tres annos gravibus laboraſſet obſtructionibus, quæ in hydropiſim, quam confirmatam appellant, terminaverant; ejuſque ventrem adeò tumentem, & inflatum reddiderant, ut ſe de loco ad locum movere non poſſet, niſi permoleſtè; videns remedia per duos Medicos adhibita ſibi nihil profuiſſe, ad divina confugit ſubſidia: & voto Deo facto, ac imagine dicti Beati ventri admota, ſtatim meliùs ſe habuit, depulſuſque eſt morbus obſtructionis, & hydropiſis; ita prorſus, ut intra tres, vel quatuor dies detumuerit

URB. VIII.

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. muerit venter, & exinde illa se benè habuerit. Ferdinandus Pretel de Mendoza, cùm in febrim incidisset tertianam, quæ mox in duplicem, deinde in pestilentem unà cum mentis stupore, & extraordinariis horroribus, ex humorum abundantiâ, & virium naturalium defectu accidentibus, degeneraverat; & multis purgationibus incassum adhibitis, vis morbi adeò aucta esset, ut à Medicis destitutus in supremo jam mortis discrimine versaretur; ritè confessus, & communione instructus, ac sacro perunctus oleo, manibus tenens imaginem B. Ignatii, quam collo pendentem gestabat, & ex toto corde illi se commendans convalescere cœpit, & morbo est liberatus. Anna Barzellona ferè sexagenaria, cùm toto biennii spatio morbo paralysis graviter vexata immobilis esset ad omne opus laboris; & gradus ascendere, aut ex illis descendere non posset, nisi scipionibus innixa; & insuper novus apoplexiæ in altero latere morbus accessisset; humanis remediis omnino destitutam se intelligens, voto nuncupato meliùs se habere cœpit: & toto illo die, ac nocte insequenti inchoata valetudo ita est aucta; ut jam illucescente manè sana omnino ad Ecclesiam Collegii dictæ Societatis accurrerit expeditissimè, gratias Deo, ac B. Ignatio redditura. Ioannæ quoque Claræ & Noqueræ, mulieri Majoricensi, annos natæ

UVA. BHSC. BU 06252

natæ quinquaginta ſex, cæcitate laboranti videndi facultatem reddidit B. Ignatius. Bartholomæus Conteſti Chirurgus adeo acerbis & diuturnis capitis doloribus opprimebatur, ut præ nimio dolore ſæpe ad terram allideretur: acceſſit in oculorum altero tam gravis inflammatio, ut alterum etiam divexaret; ita ut ne tenuiſſimum quidem lucis radium perferre, aut aliquantulum quieſcere poſſet: ob idque in tenebroſo conditus cubiculo inde non egrediebatur: & eo deventum eſt, ut ex intolerando dolore non dubitaret affirmare, quod ſi quidam Chirurgus jam defunctus in humanis ageret, oculum ſibi erui juſſurus eſſet: religione demum eximia erga beatum iſtum incenſus, illius reliquiam ad ſe afferri juſſit: & in puncto, quo fuit illa delata, bene ſe habuit, capitis & oculorum ceſſavit dolor, viſum recuperavit, & lucis ſplendorem ſine ulla offenſione ſuſtinuit. Vtque intelligeretur ſubitam curationem divinæ virtuti, atque interceſſioni B. Ignatii tribuendam eſſe: bis, terve ſacra Reliquia è cubiculo exportata, dolor rediit: eademque in cubiculum reducta, illico morbus diſceſſit: quo facto admonitus Bartholomæus, ſacram Reliquiam penes ſe retinuit: atque ita intra tres, vel quatuor dies ita perfecte ſanatus eſt, quaſi numquam ægrotaſſet. Quo audito Columna Cortei & Vich, quæ capitis dolo- VRB. VIII.

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII. re ita vexabatur, ut neque noctu quiesceret; & superveniente in uno oculorum tanto cruciatu, ut palpebram attollere non posset; & cæca denique remansisset; misit, qui eamdem Reliquiam ad se deferret: qua allata, & super oculos, prævia invocatione ejusdem Beati, imposita, palpebra, quæ prius per Chirurgos aperiri non poterat, confestim ultro, ac per se cœpit aperiri: cessavit dolor, lucis splendorem Columna pertulit, & intra tres dies paullatim visum omnino recuperavit, & perfecte convaluit. Ioanna quoque de Aragona & Pignatella, Ducissa Terræ-novæ, quæ quatuor jam menses vehementissimo dolore cruciabatur ex tumore & duritie alterius mamillæ; eoque reducta erat, ut neque pedes, neque brachia movere posset, quin sibi viscera transfigi quodammodo viderentur; ad opem ejusdem Beati confugiens, & illius imaginem religiose de mane venerata, & illi se commendans, vespere ejusdem diei sana sine tumore, sine duritie, & sine ullo doloris sensu reperta est. Demum his, & quamplurimis aliis permotus idem GREGORIVS prædecessor, ex antiquo Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, tunc suorum, instituto, publico prius, in quo præter prædictos Cardinales, etiam Venerabiles fratres nostri Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Romanæ Curiæ Prælati, & dicti

UVA. BHSC. BU 06252

dicti GREGORII prædeceſſoris familiares di- VRB.
lecti filii convenerunt; & dilectus filius Ni- VIII.
colaus Zambeccarius, Aulæ Pontificiæ Con-
ſiſtorialis Advocatus, dicti B. Ignatii merita,
& Principum ac populorum ſuper hujuſmo-
di Canonizatione vota retulit; & ſucceſſive
altero, quod ſemipublicum vocant, in quo
prædicti omnes, ac etiam Sedis Apoſtolicæ
Notarii, & cauſſarum dicti Palatii Audito-
res dilecti filii interfuerunt; & omnes, quod
dictus B. Ignatius canonizandus eſſet, publi-
cis ſuffragiis judicarunt; convocatis Conſi-
ſtoriis, toto cordis affectu exultans in Domi-
no, eumdem B. Ignatium, una cum BB. Iſi-
doro Agricola, & Franciſco Xaverio inter
Sanctos referendum duxit. Præſcripto itaque
Canonizationis die in feſto S. GREGORII
Magni nuncupati, quarto videlicet Idus Mar-
tii, Pontificatus ipſius GREGORII præde-
ceſſoris anno ſecundo; iterum dictus GRE-
GORIVS prædeceſſor eſt hortatus ad ite-
ratas preces, jejunia, & eleemoſynas: ut in
tanto opere exequendo, lumen ejus, qui lu-
cem habitat inacceſſibilem, implorarent ad
ea peragenda, quibus divinæ gloriæ honor,
& Catholicæ Eccleſiæ fides augeretur.
Omnibus vero juxta Sanctorum Patrum
traditiones, ſacrorumque Canonum inſtitu-
ta, & Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem rite
& recte peractis, dicta die IV. Idus Martii,

UVA. BHSC. BU 06252

VRBA. VIII. idem GREGORIVS prædeceſſor ad Principis Apoſtolorum baſilicam cum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, & ipſius GREGORII prædeceſſoris familiaribus prædictis; necnon dilectis filiis Clero ſæculari & regulari, ac maxima populi frequentia, convenit: & poſt iteratas primo, ſecundo, ac tertio pro Canonizationis decreto petitiones per dilectum filium noſtrum, tunc ſuum, Ludovicum tituli S. Mariæ Tranſpontinæ Presbyterum Cardinalem Ludoviſium nuncupatum, nomine prædictorum, qui pro ea inſtiterant; poſt ſacros Hymnos, Litanias, aliaſque preces, & poſt imploratam Spiritus ſancti gratiam, ad honorem Sanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, & fidei Catholicæ exaltationem, & Chriſtianæ Religionis augmentum, auctoritate ejuſdem Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum, decrevit & definivit, dictum Ignatium Lojolam, prædictæ Societatis fundatorem, una cum Iſidoro, & Franciſco præfatis, ac BB. Philippo, necnon Thereſia, Sanctum, & Sanctorum Catalogo adſcribendum & aggregandum eſſe, prout adſcripſit & aggregavit: ſtatuens, ut ab univerſis Chriſti fidelibus in ejus honorem Eccleſiæ, & altaria, in quibus ſacrificia Deo offerantur, ædificari; & quolibet anno, dicta die illius

UVA. BHSC. BU 06252

illius obitus pridie Kalend. Auguſti, feſtum ipſius, & officium, tamquam de Confeſſore non Pontifice, ad formam in Rubricis Romani Breviarii præſcriptam, ſolemniter celebrari poſſint. Inſuper eadem auctoritate omnibus utriuſque ſexus Chriſti fidelibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui annis ſingulis ipſius feſto ad ſepulcrum, in quo corpus ejus requieſcit, viſitandum acceſſerint, unum annum, & quadraginta dies; iis vero, qui in ejuſdem feſti octava id fecerint, etiam quadraginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxavit. Et decantato ſolemniter hymno, *Te Deum laudamus*, & divinâ ope implorata, S. Ignatii & aliorum Sanctorum prædictorum meritis, per peculiarem ad id orationem, quam dictus GREGORIVS prædeceſſor pie & ſolenniter recitavit; ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium ſolemni pompa & ritu, cum eorumdem Sanctorum commemoratione, ad altare Principis Apoſtolorum celebravit: & omnibus Chriſti fidelibus tunc præſentibus plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem, ad Dei laudem, & gloriam Sanctorum ejus, impertitus fuit. Ne autem de decreto, definitione, adſcriptione, aggregatione, ſtatuto, relaxatione, impertitione, aliiſque præmiſſis, pro eo quod ſuper illis

URB. VIII.

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII. illis ipſius GREGORII prædeceſſoris litteræ, ejus ſuperveniente obitu, confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari; Volumus, & Apoſtolicâ auctoritate decernimus, quod decretum, definitio, adſcriptio, aggregatio, ſtatutum, relaxatio, impertitio, aliaque præmiſſa à dicta die IV. Idus Martii ſuum debitum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius GREGORII prædeceſſoris litteræ ſub Datum ejuſdem diei confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur: quodque præſentes noſtræ litteræ ad probandum plene decretum, definitionem, adſcriptionem, aggregationem, ſtatutum, relaxationem, impertitionem, & alia præmiſſa ubique ſufficiant: nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Ceterum, quia difficile foret præſentes noſtras litteras ad ſingula loca, ubi opus eſſet, deferri; Volumus, ut earum exemplis, etiam impreſſis, manu publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam utriuſque voluntatum noſtrarum, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei,

UVA. BHSC. BU 06252

Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio, VIII. Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo. VRBA. VIII.

† Ego Vrbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



†

† Ego Franciſcus Maria Epiſcopus Oſtienſis Cardinalis à Monte.

†

†

† Ego Oct. Epiſcopus Prænestinus Cardinalis Bandinus.

UVA. BHSC. BU 06252

VRBA. VIII.

† Ego Ioannes Baptista Episcopus Albanensis Cardinalis Detus.

†

† Ego A. tit. S. Laurentii in Lucinâ Presbyter Cardinalis Perettus.

† Ego B. tt. S. Mariæ Transtiberim Cardinalis Bevilaqua.

†

†

†

† Ego Dominicus SS. Apostolorum Cardinalis Gimnasius.

† Ego C. Cardinalis tit. S. Cæsarei Madrutius.

† Ego S. tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Burghesius, major Pœnitentiarius.

† Ego Io. Garsia tit. SS. Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Millinus.

† Ego M. tt. SS. Quirici & Iulittæ Presbyter Cardinalis Lantes.

†

† Ego Io. B. tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Lenius.

†

†

†

† Ego D. tit. S. Martini in montibus Cardinalis Rivarola.

†

†

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII.

† Ego G. tit. S. Crucis in Hieruſalem Presbyter Cardinalis Borgia.

† Fr. Felix tit. S. Anaſtaſiæ Presbyter Cardinalis Aſculanus.

† Tib. tit. S. Priſcæ Presbyter Cardinalis Mutus.

† Ego Gabriel tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis de Trejo.

† Ego I. tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis Sabellus.

† Ego M. tit. S. Mariæ de Pace Presbyter Cardinalis Kleſelius.

† Ego S. Presbyter Cardinalis S. Suſannæ S.R.E. Bibliothecarius.

† Ego Guido tit. S.M. de populo Presbyter Cardinalis Bentivolus.

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII.

† Fr. Desiderius tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis de Cremona.

†

† Ego Ludovicus Presbyter Cardinalis Ludovisius tit. S. Laurentii in Damaso S.R.E. Vicecancellarius.

†

†

†

†

† Ego Cosmus tit. S. Pancratii Presbyter Cardinalis de Torres.

†

†

†

†

† C. S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis Pius.

† M. S. Eustachii Diaconus Cardinalis de Sabaudia.

†

† Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Vrsinus.

†

†

†

†

†

† Ego Franciscus S. Angeli in foro Piscium Diaconus Cardinalis Boncompagnus.

† Ego

UVA. BHSC. BU 06252

† Ego Hipp. S. Mariæ novæ Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, S.R.E. Camerarius.

†

†

Ioseph Anselmus.

G. Montanus.

Locus † plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

BVL-

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII.

BVLLA
CANONIZATIONIS
S. FRANCISCI XAVERII.

URBANVS *Episcopus, Servus servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.*

RAtioni congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ de Romani Pontificis providentia processerunt, licet ejus superveniente obitu litteræ Apostolicæ desuper confectæ non fuerint, suum debitum consequantur effectum. Dudum siquidem felic. record. GREGORIVS Papa XV. prædecessor noster pie præmeditans, quod unigenitus & coæternus æterni Patris Filius, cum de regalibus Sedibus in hunc mundum, ut salutem humani generis operaretur, descendisset, semen bonum verbi sui in agro orbis terrarum seminaverat, ut omnium cælestium virtutum, & ad extremum æternæ vitæ fructum credentibus germinaret, quodque cum pro divinæ hujus segetis incremento pretiosissimum sanguinem suum, ignominiam Crucis voluntarie subiens, effudisset; ac perfecto demum opere, ad quod missus

UVA. BHSC. BU 06252

missus fuerat, super omnibus cælorum sublimitatibus ad dexteram Patris in sæculorum æternitate consessurus ascendisset; plurimos servos & amicos suos in terris reliquerat, qui laboribus, vigiliis, atque ad ipsius exemplum proprii sanguinis effusione, divinam hanc excolentes sementem, messem quam uberrimam in horreum ejus congregarent, ejusque fines eousque dilatarent, donec juxta promissionem Patris omnes gentes, & termini terræ, darentur ei in hereditatem, & possessionem. Et quamvis verbum ejus semper à generatione in generationem prosperatum esset; attamen quando ab æternis temporibus prædestinatum beneplaciti ejus tempus advenerat, ut abundare faceret, quasi imbrem inundantem misericordiam suam magnam super universum semen filiorum Adam, gloriamque Crucis suæ usque ad ultimum terræ, & in mari longe propagaret, vere admirabilis facta erat potentia ipsius, cum revelatis incognitis antea tribubus, & linguis, ac populis, & nationibus messem magnam atque uberem aperuerat, atque in ea operarios multiplicaverat, tantaque fructuum abundantia labores eorum compleverat; ut ipsis annuntiantibus Euangelicæ prædicationis sonus, usque ad extremos orbis terrarum fines penetrasset, & à Solis ortu usque ad occasum, ab Aquilone & mari, magnum nomen Domi- VRB. VIII.

ni

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII.

ni Dei nostri in universis gentibus redditum esset.

Inter ceteros vero, quos ad perficiendum voluntatis suæ sacramentum in tantarum gentium vocatione Dominus præordinaverat, egregius Servus ejus FRANCISCVS XAVERIVS, NOVUS INDIARVM APOSTOLVS, gloria sanctitatis, & meritorum splendore præcipue emicuerat, qui cùm à juventute sua perfecte coram Deo ambulasset; spretisque, ac conculcatis divitiis, ac sæculi dignitatibus, ac semetipso juxta Verbum Domini abnegato, animam suam pro nomine Domini nostri IESV Christi tradidisset; dignus inventus erat, qui à Spiritu sancto in tam insigne opus assumeretur, ac tamquam aliorum Dux divina providentia constitutus, Apostolicis charismatibus affluenter decoraretur, etiam ob signa Apostolatus, quæ in eo in omni patientia, in signis, & prodigiis, ac virtutibus, manifesta facta erant, novarum gentium Apostolus unanimi totius Christiani orbis consensu meruerat appellari: ac propterea decebat, ut tantum Dei famulum, qui pro gloria ejus, & animarum D. N. IESV Christi sanguine redemptarum salute innumeros maximosque labores atque ærumnas perpessus erat, ingentiaque terra marique subiverat pericula; quem Deus adeo magnificaverat, ut nomen ejus honorabile esset apud omnes gentes,

idem

UVA. BHSC. BU 06252

idem GREGORIVS prædeceſſor pro ſuo paſtorali munere vere Sanctum, & electum Dei, in militanti Eccleſia declararet, ejuſque virtutes, tamquam eximias, & præcellentes, univerſis Chriſti fidelibus imitandas proponeret, ut populus Chriſtianus actiones ſuas ad honorem Dei (ipſius exemplo) dirigens, eum apud Deum, & Dominum IESVM Chriſtum in ejus neceſſitatibus habere mereretur interceſſorem. URB. VIII.

Atque ut omnes Chriſti fideles promptius ad laudandum Deum omnipotentem, ſecundum multitudinem magnitudinis ejus, excitarentur, devotioniſque ardor erga tantum Dei famulum augeretur, dum ejus in terris cæleſtem, & laudabiliter actam vitam orbi terrarum explicaret, & patefaceret, in primis & ante omnia præmitteret: Quod natus erat inſignis hic Dei ſervus Navarræ in oppido Xaverio Pampilonenſis diœceſis, maternæ ditionis loco, nobilibus ac piis progenitoribus: qui cum ipſum ab infantia timere Deum, ac ab omni peccato abſtinere edocuiſſent, ubi ætas demum adoleverat, Lutetiam Pariſiorum, ſtudiorum gratia eumdem miſerant. Quibus cum alacriter operam daret, poſt haud multum temporis de eo domum revocando pater cogitare cœperat, quod cum tunc in humanis agens Maria Magdalena ejus ſoror, quæ Monaſterium monialium oppidi nuncupati Gan-

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII. Gandiæ, Ordinis S. Claræ discalceatarum nuncupatarum Valentinensis diœcesis, non sine ingenti sanctitatis fama tunc regebat, præsensisset, fratris vocationem divinitus edocta per litteras cum patre vehementius egerat, ut Francisci studia omni ope etiam cum rei domesticæ detrimento foveret : eum enim incognitarum gentium Apostolum divina providentia præordinatum esse prævidebat.

Cumque Lutetiæ commoraretur, in familiaritatem S. Ignatii insinuatus, ac postmodum in socium ipsius, qui id ardentibus precibus à Deo ad ingentem Ecclesiæ utilitatem præstandam postulaverat, adscriptus; eoque duce ingressus erat arctam viam, quæ ad vitam ducebat. Vt enim spiritu vivificaretur, carnem suam ad antiquorum sanctorum Patrum exemplum severissime mortificaverat. Interdicto enim sibi non solum carnis & vini, sed panis etiam triticei usu, vilibus tantummodo ac insulsis cibis, iisque quam parcissime usus erat. Quin etiam frequenter integro biduo triduoque ab omni cibo prorsus abstinuerat. Aliquando vero omnes majoris hebdomadæ dies, usque ad Sabbatum Paschatis jejunus transegerat; somnoque brevissimo vires reficere consueverat, humi, vel lectulo vilissimis stragulis contecto jacens. Corpus suum ferreis flagel-

lis

UVA. BHSC. BU 06252

lis adeò diverberabat, ut sæpè copiosus san- URB.
guis effluëret. Aliquando autem funiculis VIII.
arctissimè constrictis lacertis & coxendici-
bus iter aggressus erat. Cumque plures dies
in eo cruciatu perseverasset, vincula adeo
corpori ejus infixa erant, ut præ doloris
magnitudine viribus destitutus in via con-
cideret, ac nisi præcipuo Dei beneficio,
absque ullâ humanâ ope disrupta fuissent,
de ejus vitâ omnino desperatum fuisset.
Quàm præclare vero in ejus animo reliquæ
Christianæ virtutes effulsissent; quam po-
tenter scuto fidei protectus omnia nequissi-
mi ignea tela extinxisset, & quàm firmiter
in Deo speravisset; & Sacramentorum fre-
quentia, quibus non solum semetipsum, sed
& alios etiam summâ cum devotione, ac inde-
fessa assiduitate pascebat: & Verbi Dei assi-
dua prædicatio, quâ tam ingentem orbis
terrarum partem illuminaverat, insigniter at-
testabantur. Sed inter ceteras ejus virtu-
tes, quasi sidus matutinum præcipue resplen-
duerat caritas, quæ in omnibus quidem ejus
actionibus, præsertim tamen, cùm ægrotis
inserviret, manifestabatur: eo etenim dile-
ctionis ardore erga inopes infirmos, qui in
domibus hospitalibus morabantur, se gere-
bat, ut rarò ab eis discederet, tantaque sen-
suum mortificatione quantumvis sordidissi-
ma ministeria peragebat; ut aquam sæpius,

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. quâ horribilia & incurabilia ulcera laverat, ebibiſſet. Cùm verò de vitâ periclitaretur, tunc cibi ſomnique prorſus oblitus, & præter proprias vires à Deo confortatus, veluti à commiſsâ cuſtodiâ nec die nec nocte diſcedebat : illiſque ſanctiſſima Eccleſiæ Sacramenta ceteraſque ſpirituales alimonias præbebat. Quæ adeò libenter, atque hilariter exequebatur, ut deliciæ ejus, deſervire ægrotis ac morientibus, eſſe dicerentur ; & quaſi aliquod talentum, ſibi Divinæ benignitatis munificentiâ creditum negotiaretur, aſſiduam hanc erga ægrotos curam ac vigilantiam toto vitæ ſuæ tempore, ubicumque moraretur, exercuerat. Sed & per eamdem caritatem, quæ per Spiritum ſanctum diffuſa erat in corde ipſius, adeò ad Deum accedebat, tantoque ſpiritus fervore in oratione perſeverabat, ut hujuſmodi cibo intentus, quo interiorem hominem reficiebat, noctes integras tranſigeret ; nec cùm in navi eſſet, atque in aperto vitæ diſcrimine, in ſummis tempeſtatibus verſaretur, deſiſteret, aut quidquam animo commoveretur : fieretque aliquando talis ſuper eum mentis exceſſus, ut oculis in cælum defixis Divinâ vi à terrâ elevaretur, vultu adeò inflammatus, ut Angelicam prorſus caritatem repræſentaret : nec Divini amoris perferre valens incendium, ſæpiùs exclamaret : Satis eſt, Domine, ſatis

UVA. BHSC. BU 06252

satis est. Cùm verò sacrosanctum Missæ ce- URB.
lebraret sacrificium, sæpenumerò à sensibus VIII.
usque adeò abalienabatur; ut nec ministri ve-
stem succutientes, nisi post diuturnam mo-
ram, eum excitare possent. Quin etiam ali-
quoties altiùs cubito à terrâ elatus, ab uni-
versâ adstantium multitudine miraculi ma-
gnitudinem obstupescente, ac Servi Dei san-
ctitatem suspiciente conspectus fuerat; nec
solùm vigilans vir sanctus Deum in corde
& ore habebat; sed & dormiens in ipso re-
quiescebat: frequenter enim in somnis san-
ctissimum nomen IESV cum summa mentis
dulcedine proferre audiebatur. Cumque
tam singularibus floreret virtutibus, atque
indies à Deo potioribus augeretur muneri-
bus; non modò non extollebatur, sed cresce-
bat in eo semper virtus humilitatis, adeò ut
infima quæque domus officia semper tam-
quàm omnium postremus obiret. Vestibus
vero adeo pannosis ac vilibus utebatur, ut
pueris quandoque deridiculo esset. Venera-
batur autem eximiè vir Dei non Episcopos
modò, sed Sacerdotes quoscumque; Sancto
verò Ignatio, tunc Præposito suo, non nisi
flexis genibus scribebat. Honores verò ac
laudes hominum adeo horrebat, ut amplissi-
mam Apostolici Nuntii dignitatem, quâ in-
structus in Indias à Summo Pontifice missus
fuerat, quàm studiosissimè occultaret, nec

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. nisi semel eâ potestate (necessitate coactus) usus fuerat.

Ceterùm tantus vir insigne stadium à Deo consecutus erat, in quo gloriosè, usque ad consummationem cursus & coronam justitiæ, decertaret : Cùm etenim clar. mem. Ioannes Lusitaniæ Rex à piæ me. PAVLO Papa III. tunc dicti GREGORII, nunc etiam nostro respectivè prædecessore, nonnullos ex Ignatii sociis postulasset, quos ad Orientales Indias, ut in vastissimis illis regionibus verbum Dei disseminarent, transmitteret: idem Pontifex S. Ignatii hortatu ad tantum opus peragendum Franciscum Xaverium elegerat, quem etiam Apostolici Nuntii dignitate, & ampliſſimâ potestate decoraverat. Cumque viatici nomine plurima ei à Prætore Regio pararentur, homo qui pro viatico ac perâ de Dei benignitate, in cujus Evangelii opus segregabatur, præsumebat; numquàm adduci potuerat, ut quidquam præter viliſſimum centonem acciperet : & in navi super funem nauticum dormiebat, ac emendicato vivebat : ægrotis in viliſſimis miniſteriis indefessâ caritate noctu diuque serviebat.

In Indiam ut pervenerat, statim nec modico quidem tempore ad quietem post longiſſimam, ac difficillimam navigationem sumpto, ad prædicandum illis gentibus Evan-

UVA. BHSC. BU 06252

Evangelium se accinxerat, & indutus virtute ex alto, Apostolico spiritus fervore ministerium, quod sortitus erat, tanto cum fructu exequebatur, ut gratiâ Dei efficaciter verbo ejus cooperante, non solùm Christianorum mores depravatos ad meliorem frugem passim toto Oriente revocaret; sed multa centena hominum millia, qui in tenebris, & in regione umbræ mortis ambulabant, ad agnitionem veræ lucis perducti, regenerationis lavacro mundarentur. Nam præter Indos, Brachmanes, & Malabares (in quorum regnis Apostolica prædicatio, quæ antiquis temporibus illic viguerat, sed hostis humani generis fraude ex omnium memoriâ prorsus abolita erat, Xaverii prædicatione revixerat.) Ipse primus Paravis, Malais, Iais, Acenis, Mindanais, Malacensibus, & Iaponibus Evangelium Christi annuntiaverat, multique illarum nationum Reges, & Magni Principes, ingenti cum Fidei nostræ emolumento, suavi Christi jugo colla subdiderant. Incredibilia autem videbantur, quæ propter nomen Domini nostri Iesv Christi toleraverat. Per diversa etenim regna in vastis illis orbis terrarum spatiis semper pedibus etiam sæpiùs nudis per arenas calidas pergebat, per spinas longissima itinera conficiebat, contumeliis sæpenumerò, probris, & illusionibus, quin etiam verberibus, & lapidi-

URB. VIII.

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. pidibus appetitus, in periculis hoſtium, in periculis itinerum verſatus, ſæpè naufragus, vigilias, frigus, & nuditatem, ſitim, famemque perpeſſus erat, contractis ob aſſiduos ac intolerabiles labores graviſſimis morbis. Nec enim (Apoſtoli exemplo) animam ſuam faciebat pretioſiorem, quàm ſe, dummodo conſummaret curſum ſuum, & miniſterium verbi, quod acceperat, teſtificari Euangelium gratiæ Dei: ſigna verò & prodigia, quibus Dominus Apoſtolorum ſuorum ſermonem in naſcentis Eccleſiæ exordiis confirmavit, ad illius novæ ſobolis incrementum; in manu etiam ſervi ſui Franciſci miſericorditer renovaverat. Subitò enim à Deo diverſarum ac incognitarum gentium linguas, quas non noverat, edoctus diſertiſſimè, quaſi in iiſdem terris educatus eſſet, loquebatur: & acciderat quandoque ut eum ad diverſarum nationum populos concionem habentem unuſquiſque eodem tempore lingua ſua, qua natus erat, magnalia Dei loquentem cum ſtupore, & ecſtaſi audiret, eoque miraculo multitudo magna commota reciperet verbum Dei.

Hinc poſt præmiſſa, ad Chriſti fidelium ædificationem aliqua ex inſignioribus prodigiis, quibus prædicationem & geſta ipſius Dominus illuſtraverat, recenſeret. Et primò illud memorandum videbatur, quòd cùm nume-

UVA. BHSC. BU 06252

numeroſus Badegarum exercitus in exitium Christianorum à Franciſco baptizatorum immineret, atque omnia atrocitatis exempla ſe in Christianos editurum minaretur; ipſe ſolus Fide armatus, procedens obviàm ac ſeverè eorum impietatem increpans; ſteterat illicò immobili veſtigio univerſus exercitus deterritus, ut milites Duceſque refe- URB. VIII.
rebant, ab homine quodam magno nigris veſtibus induto, qui juxta Franciſcum ſtabat, cujus majeſtatem ac ſplendorem vultu oculiſque micantem ferre non poterant; itaque vir ſanctus, quos Chriſto pepererat, à cæde ac direptione liberaverat. Succeſſivè apud Comorinum promontorium, cùm in quadam Eccleſia ſervus Dei infidelibus concionaretur, ac propter duritiam cordis eorum nihil proficeret: facta oratione, juſſit ſepulcrum, in quo pridie defunctus tumulatus fuerat, aperiri, ac populo ſignificans, ad comprobandam Chriſtianæ Fidei veritatem, mortuum illum Dei voluntate rurſum victurum, linteo, quo cadaver involutum erat, reſciſſo, ac rurſus precibus ad Deum fuſis, mortuo, ut viveret, imperaverat, qui ſtatim ſtupentibus omnibus ſurrexerat vivus. Quo tam inſigni miraculo commoti qui aderant, tum alii multi crediderunt in Deum. Eodem poſteà loco mendicus quidam beato viro occurrerat ulceribus plenus, cujus plagas

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII. Franciscus magno caritatis affectu lavans, atque aquam, quâ eas laverat, ebibens, ac deinde Deum Patrem misericordiarum, ut illius pauperis misereretur, orans, è vestigio ab omni plagâ atque ulcere, Dei munere, pauper ipse omnino liber surrexerat. Sed & puer quidam Mutani in Orientali Indiâ pestilenti febri vitâ sublatus, ac linteo insutus, de more gentis viginti quatuor horis asservatus, flentibus parentibus ferebatur ad sepulcrum : quos ut vir Dei vidit, misericordiâ motus super eos, Deum omnipotentem, ut puerum vivificaret, genibus flexis precatus fuerat, atque aquâ benedictâ aspersum, rescisso linteo, signo Crucis signaverat, apprehensaque manu ejus, in nomine Domini IESV Christi, vivum atque incolumem parentibus restituerat; erecta in illo loco, ad tantæ rei memoriam conservandam, ab incolis magna cum celebritate Cruce. Et successive apud oppidum Combuture in ora Piscariæ puer alius in puteum delapsus suffocatusque, maximo cum matris & cognatorum ejulatu efferebatur; cumque ex proxima ecclesia Franciscus occurrisset, misertus eorum, in genua provolutus, oculisque in cælum fixis, Deum pro vita pueri precatus, eum apprehensa manu in nomine Domini nostri IESV Christi surgere jussserat, & confestim puer surrexerat vivus, quem Sanctus

vir

UVA. BHSC. BU 06252

vir reddiderat matri ſuæ, ſtupentibus omnibus, ac maximo cum clamore Deo gratias agentibus; quibus ipſe præcepit, ne cui rem geſtam narrarent. Inſuper dum in Iaponiâ inſulâ Franciſcus Chriſti fidem prædicaret, acceſſerat ad eum mercator quidam à multis annis cæcus, petens ut ſibi à Deo, ut videret, impetraret: Franciſcus, recitato ſuper eum Euangelio, ſignum Crucis oculis ejus impreſſerat, qui eodem temporis momento lucem amiſſam recuperaverat. Poſtero verò die reverſus ad eum, cum uxore ac univerſa familia, genibus advolutus gratias agens, & Chriſtianam fidem profeſſus ad Baptiſmi gratiam unà cum ſuis omnibus pervenerat. Exierat autem tam illuſtris miraculi fama per omnem terram illam, ac multi relictis idolis ſuis converſi erant ad verum Deum, & IESVM Chriſtum filium ejus. URB. VIII.

Cumque ſervus Dei ad Sinas in magna navi, qua quingenti vehebantur, navigaret, ceſſaverant adeò venti, ut quatuordecim diebus navis eodem loco hæſiſſet immota; cumque inter ceteras difficultates aquæ penuriâ valdè laboraretur, multique jam ſiti deficerent; vir ſanctus omnia navis vaſa marina aqua impleri juſſerat, fuſiſque inſtanter ad Deum precibus, ſuper ea ſignum crucis fecerat, ac repentè aqua illa ſalſa, dulcis ſalubriſque effecta erat, quo miraculo plures,

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII.

qui in navi erant, infideles crediderant in Deum : quin etiam aquæ illius, quæ abundè ſuperfuerat, potu plurimi per multas Indiarum provincias variis, quibus vexabantur, morbis ſanati fuerant. Ad eoſdem Sinas contendens, cùm ſæviſſimâ ortâ tempeſtate omnes de ſe actum eſſe exiſtimarent, Gubernator navis, ne repentinæ vis procellæ ſcapham auferret, validis eam rudentibus ad onerariam alligari juſſiſſet ; non multò pòſt abruptis retinaculis, ſcapham tempeſtas abſtulerat tanto impetu, ut pænè temporis momento omnium conſpectum effugiſſet ; & prout quiſque cognatos, & neceſſarios in ſcaphâ habebat, certatim eorum caſum deplorare cœperant. Franciſcus ergo univerſos collacrymantes bonum eos habere animum juſſerat, ac prædixerat fore, ut ante triduum filia remearet ad matrem, ſignificans ſcapham, ad onerariam redituram, prout Deo dante apparere viſa fuerat, & rectà ad onerariam tendere & ſponte ad illius latus accedere, atque ita aptè ſe applicare ; ut illi omnes, qui in eâ erant, commodè excepti fuiſſent, quæ etiam in mediis fluctibus, nemine illam retinente, tamdiu ſteterat, quoad religaretur ad navim, attonitis omnibus ex miraculo remanentibus. Ad Moluchas inſulas etiam Franciſcus advenerat, ubi magno ſpiritus fervore verbum Dei primus annuntiabat, atque

UVA. BHSC. BU 06252

atque in Vrbe Tolo vigintiquinque millia hominum baptizaverat, qui cùm ſuaſu Tyranni cujuſdam Chriſti fidem deſeruiſſent, eccleſiam ſolo æquaſſent, Cruces, Sanctorumque imagines confregiſſent, & conculcaſſent; Franciſcus zelum Domini zelatus viginti Luſitanos, ac quadringentos circiter indigenas ad ultionem tanti ſceleris incitaverat, eoque Duce, ac victoriæ ſponſore, tam parva militum manus adverſus urbem munitiſſimam, Chriſti rebellem, expeditionem aggrediebatur; ſed cùm prope urbem perveniſſent, ſubſtiterat vir Dei, ac orationi ſe dederat, ſtatimque vicinus mons magnum emiſerat incendium, adeoque ingentem cineris, ac pumicum vim eructaverat; ut urbis, atque arcis, quæ in edito ſita erat, muros æquaſſet, horribiliſque prætereà terræmotus totam urbem concuſſerat, plurimaſque domos ſubverterat; quibus malis exterriti incolæ, deſerta urbe, in proximas ſilvas confugerant. Vrbs itaque à Franciſci militibus facilè capta erat. Cives verò ad ejus pedes proſtrati, acceptaque ſalutari pœnitentia, delicti veniam impetrarant. URB. VIII.

Vlteriùs, cùm inter eaſdem inſulas Franciſcus navigaret, ac ſæviſſima orta eſſet maris tempeſtas; ad eam ſedandam, Crucifixi imaginem, quam collo appoſitam geſtare ſolebat, undis immiſerat, quæ vi procellæ è mani-

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. manibus excuſſa, in profundum maris, non ſine magno ejus mœrore delapſa erat : ſed lætificaverat Dominus animam ſervi ſui ; nam cùm ad terram applicuiſſet, ac ſecus littus iter faceret ; marinus cancer ex undis ſubitò proſiluerat, atque ante pedes ipſius ſteterat, eamdem crucem morſibus elevatam gerens, & Franciſcus in genua provolutus eam devotè ſuſceperat, ac diuturna oratione ob tam egregium munus Deo gratias egerat.

Prophetico etiam ſpiritu Deus ſervum ſuum, quem in lucem gentium dederat, illuminaverat, atque adeò inſigne donum plurimis manifeſtaverat exemplis. Atque inter cetera cùm Aceni populi, inter quos & Turcæ erant multi, ſexaginta navium claſſe vecti, Chriſtianorum naves concremaſſent, ac multos crudeliſſimis ſuppliciis affectos enecaſſent, ducenti ac triginta milites in octo naves diſtributi, Franciſco ſuadente, ac in nomine Domini exercituum victoriam promittente, claſſem barbarorum inſecuti erant : tranſactoque jam menſe, cùm nullus ab ipſis nuntius adveniret, conſternatis omnibus, jamque de civium ſuorum ſalute deſperantibus, Franciſcus in ipſa conflictus hora claſſium congreſſum, ac inſignem Chriſtianorum victoriam, haud ſecus ac ſi præſens eſſet, in concione narraverat, ac diem quo tantæ rei nun-

UVA. BHSC. BU 06252

nuntius adventurus esset, prædixerat. Quæ omnia cum ingenti omnium admiratione, eo ipso, quod designârat, tempore, certis nuntiis approbata fuerant. Cumque duæ naves eodem tempore à portu solvissent, prædixerat Franciscus, subortâ magnâ in mari tempestate, alteram naufragium passuram, alteram verò (& in hac ipse reperiebatur) extra omne maris periculum in navali dissolvendam; quam prædictionem utriusque exitus comprobaverat, cùm alterius fragmenta non multò pòst conspecta fuissent, altera verò multis tutè peractis itineribus, cùm publicato vaticinio, Sancti Patris navis vocaretur, ac ubicumque appelleret, cum plausu exciperetur; demùm post multos annos in navali, ut reficeretur, subducta, sponte corruerat. URB. VIII.

Grassante quoque pestilentiâ in Lusitanorum ac Hispanorum classibus, quæ ad Amboinam insulam appulerant, cùm Sanctus vir ægrotis de more ministraret, à Ioanne de Arausio, ut vinum sibi ad eorum usum elargiretur, petierat, quod Arausius gravatim, timens ne sibi deesset, miserat, quem Dei servus admonuerat, ut in caritatis operibus largior esse vellet, brevî etenim fore, ut vitâ defungeretur, ejusque omnia bona in usus pauperum cederent. Cumque post non multum temporis spatium ad Ternatim

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. tim inſulam, quæ ducentis ampliùs milliaribus à loco diſtabat, adventaſſet, ac Miſſæ ſacrificium celebraret, verſus ad populum, Orate (dixerat) pro animâ Ioannis de Arauſio, qui modò expiravit, ſtupentibus omnibus, poſt duodecimum demum diem ſupervenerat, qui viſionem ſancti viri veriſſimam fuiſſe, nuntiatâ Arauſii morte declaraverat.

Mercatori cuidam Meliapore diſceſſum, ac munuſculum aliquod tamquàm benevolentiæ ſignum à ſe poſtulanti, Servus Dei B. MARIÆ Virginis coronam precariam è collo detractam elargitus erat, affirmans fore, ut quamdiu illam penes ſe haberet, ab omni maris periculo incolumis eſſet evaſurus. A portu itaque mercator ſolvens naufragium fecerat, cumque in tabulata ex lignis raptim compoſita cum nonnullis aliis vectoribus exjiſſet, in alto mari alienato à ſenſibus animo viſus eſſet ſibi cum ipſo ſervo Dei Franciſco in eo loco, in quo coronam precariam præfatam acceperat, colloqui. Quinto demum die, ex quo deſilierat in illa tabulata, ab eâ animi ecſtaſi, velut ab alto ſomno experrectus, cùm neque tabulata, neque ſocii unquam comparuiſſent in littore, Nagapatani prope Meliaporem ſalvum & incolumem ſe reperat.

Petro Vellio autem, qui ſummâ voluntate in quoddam caritatis opus pecuniam viro Dei

UVA. BHSC. BU 06252

Dei elargitus fuerat, promiſerat, fore ut numquàm ei neceſſaria deeſſent, ac mortis horam divinitus præcognoſceret: quorum utrumque acciderat. Nam quamvis Petrus maxima perpeſſus eſſet rei familiaris detrimenta; ſemper tamen ab omnibus ſummam liberalitatem expertus erat, ac tranſactis demum multis annis, revelatâ ſibi mortis horâ, ſe in eccleſiâ in feretro compoſuerat, auditaque Miſſa, ac precibus, quas pro animæ ſuæ ſalute recitari juſſerat, ibidem ſtatim in pace obdormiverat. URB. VIII.

Demum vir Dei conſummato feliciter peregrinationis ſuæ curſu, fama ſanctitatis clarus, & bonis operibus plenus, cùm ei benedictionem Patriarchæ Abrahæ Dominus ſpiritualiter elargitus eſſet, ut multarum gentium pater efficeretur, & filios, quos Chriſto IESV genuerat, ſuper ſtellas cæli, & ſuper arenam, quæ eſt in littore maris, multiplicatos videret, & ex eis plurimos proprio ſanguine laureatos ad cæleſtia regna præmiſiſſet; ORIENTALIVM INDIARVM APOSTOLVS ab univerſis Indiæ regnis, totoque Chriſtiano orbe appellatus, dum aditum Euangelio in vaſtiſſimo Sinarum Imperio quærebat, aſſiduis laboribus, quos ultra humanas vires pro gloria Dei toleraverat, confractus, in Inſula prope Sinas, die ſecunda Decembris anni Domini milleſimi quingente-

UVA. BHSC. BU 06252

URB. VIII. gentesimi quinquagesimi secundi, ad cæleſtem gloriam, perpetuò cum Deo regnaturus evolaverat. Defuncti corpus vivâ calce perfusum, ut exesa carne, ossa in Indiam exportarentur, inclusumque arcâ ligneâ sepultum fuerat, quod post quatuor menses effossum ita recens, ac tractabile, vestimentisque adeò integris ac si nuper esset tumulatum repertum extiterat, & quamvis nullo odoramentorum genere curatum fuisset; Divino tamen munere eam odorum fragrantiam spirabat, ut esset super omnia aromata. Calce itaque rursus injectâ, Malacamque (in Orientali India urbs est celeberrima) delatum extiterat; in qua cùm sævissima pestis plurimos quotidie conficeret, ingenti beneficentia adventum ejus Deus insignierat: nam sacro corpore in urbem illato, adeò omnis contagio desierat, ut ea deinceps nullus omnino correptus fuisset. Arca itaque rursus aperta, integrum sicut anteà, eamdemque odoris suavitatem diffundens repertum etiam fuerat. Cumque in novo loculo conderetur, ex humero, ob arculæ brevitatem paullum compresso recens sanguis effluxerat. Nono demum post obitum mense, sepulcro iterùm patefacto, rursus, ut anteà, divinâ virtute à corruptione immune, ac cælestibus perfusum aromatibus inventum, velo, quo facies ejus operta fuerat, ob ingestæ

UVA. BHSC. BU 06252

ingestæ terræ pondus recenti cruore conspersō, novâ itaque arcâ sericâ, aureâque veste contectâ pretiosissimum pignus inclusum, in Indiam ad Coccini portum delatum erat, confluentibus undique ad honorandum communis in Christo IESV parentis corpus plurimis earum gentium populis. Inde Goam insigni celebritate translatum à Prorege, ac omnibus civium ordinibus maxima frequentia, ac devotione exceptum, & in Ecclesia Societatis IESV, ut populorum devotioni satisfieret, validis cancellis inclusum, omnium oculis per triduum expositum remanserat, ejusdemque Proregis jussu ab insigni medico, deindeque à Vicario Goano visitatum ac pertentatum, omni ex parte incorruptum, integris etiam intestinis compertum fuerat, manante etiam ex parvo inflicto vulnere recenti cruore. VRB. VIII.

Quo tempore cum mulier quædam, affectu devotionis incitata, specie osculantis, pedis digitum, ut illum abscinderet, morsu apprehendisset; statim sanguis effluxerat. Sed Altissimi benignitas non his modo mirabilibus Sanctum suum in conspectu omnium populorum mirificaverat; sed omni tempore ingentia præstabat beneficia his, qui ejus intercessionem fideliter implorabant, ut plurimis exemplis, præsertim vero infra insertis, manifestum erat.

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII.

Puer quidam Goæ natus, qui utrumque pedem à nativitate adeo aridum, & crura ſicca habebat, ut illis non poſſet inſiſtere, ſed manibus reptare cogeretur; ad ſervi Dei ſepulcrum ab educatrice perductus, ſingulis novem diebus viſitare ſtatuerat. Cumque votum cœpiſſet adimplere, tertia jam die, qua ſepulcrum viſitabat, puer in ejus gremio exiſtens repente ferream ſepulcri cratem manibus apprehendens, ſuis ſtare pedibus, & ambulare cœperat, & ſtatim omnino ſanus evaſerat, & intra novem dies, quos promiſerat, crura carne repleta fuerant, & ſic ſemper valens, & ſanus deinde vixerat. Cottata Indiæ Orientalis civitate unius menſis infans mortuus ad ſepulcrum curatus erat: voverant itaque cum ingenti fide parentes, ſe inſigne donum ſi puer reviveret, ſepulcro Servi Dei oblaturos, ac Franciſci nomen ei impoſituros; repente infans aperire oculos, brachia, pedeſque movere, ac vagire cœperat, ac paulo poſt non vivum modo, ſed & omnino ſanum atque incolumem filium receperant, redditiſque cum ingenti gaudio votis, tam inſigne miraculum per totam illam regionem divulgarant.

In eadem Vrbe cæco cuidam Sanctus per quietem apparuerat, eumque monuerat, ut ad eccleſiam ejus viſitandam, oculorum lumen ibi recepturus pergere non differret.

Partue-

UVA. BHSC. BU 06252

Paruerat fideliter homo, ac dum per novem dies ante Franciſci imaginem orabat, repente diſcuſſa omni cæcitatis caligine ſanatus erat, & perfecte viderat. VRB. VIII.

Quin etiam leproſus quidam in eodem loco magna fiducia ad Sancti interceſſionem confugerat, proprioque corpore oleo lampadis, quæ ad ejus imaginem ardebat, peruncto, dum proſtratus orabat, repente à lepra mundatus, atque omnino ſanus effectus erat. Eamdem virtutem experta erat Franciſca Rebelles, quæ à multo tempore ſanguinis fluxum, ac ventris tumorem cum ingenti dolore patiebatur. Lampadis enim ante ejus imaginem pendentis identidem ſe oleo ungens, ſtatim adeo perfecte convaluerat, ut nullas amplius eorum morborum ſenſiſſet reliquias : frequenter enim acciderat, ut lampades ad eamdem Servi Dei imaginem appenſæ, aqua tamen benedicta infuſæ haud ſecus, ac ſi oleo plenæ eſſent, arderent, lucerentque ſtupentibus etiam infidelibus, quos ad tantæ rei miraculum conſpiciendum non ſine magno fidei noſtræ incremento Chriſtiani incitabant. Cum fruſtra omnes medicæ artis opes expertus eſſet Gundiſalvus Coccinenſis civitatis incola, ut inveterato cancri morbo quod pectus ejus aſſiduis doloribus vexabat, mederetur; ad Divinam opem converſus omnipotentis Dei

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII.

misericordiam, ut se B. Franciſci meritis ſanum faceret, imploraverat. Imaginem igitur ejus ære excuſam ulceri applicuerat: eodemque momento ab omni plaga incolumis evaſerat.

Ejuſdem Vrbis civis Emanuel Rodriguez pedes habebat ulceribus plenos, ac ob nervorum contractionem adeò debiles, ut illis inſiſtere non valeret: quibus malis etiam gravis & periculoſa dyſenteria acceſſerat. Medicis itaque de ejus vita diffidentibus, cum ad interceſſionem famuli Dei Franciſci æger confugiſſet, eadem imagine corpus ſuum in formam Crucis ſignaverat, & aquam, in quâ eadem merſa fuerat, ebiberat: talemque Divinæ virtutis ſenſerat effectum, ut intra tridui tempus ab omnibus morbis incolumis, integram conſecutus fuiſſet ſanitatem. Ejuſdemmet Servi Dei imaginis præſentem agnoverat virtutem Maria Diaz: ſeptem etenim annis cæcitatem, ac paralyſim perpeſſa, ſignum Crucis debilitatis membris impreſſerat, eaque ejuſdem imaginis immerſione aqua ſanctificata laverat; necdum ſeptem præterierant dies, cum oculorum lumen, ac totius corporis cæleſti dono acceperat incolumitatem.

Hincque factum erat ut cum tot tantiſque ſignis ſeruum ſuum, omnipotens Deus in brachio excelſo clarificaret, & per univerſum

UVA. BHSC. BU 06252

sum jam terrarum orbem tot mirabilium præconia longe lateque diffunderentur, ac propterea non solum Christi fidelium erga ipsum devotio magna susciperet incrementa; sed multorum etiam infidelium corda ad agnoscendum Deum & Dominum nostrum IESVM Christum illuminarentur; Ioannes Lusitaniæ Rex præfatus, zelo devotionis accensus institerat, ut à diversis locorum ordinariis super ejus sanctitate & miraculis processus fierent. Qui cum diligenter munus suum expleviſſent, ac procedentibus temporibus, omnia acta ad hanc sanctam Sedem transmissa fuissent, recol. mem. PAVLVS Papa V. etiam prædecessor noster, tunc suus, instante pro servi Dei Canonizatione etiam cla. me. Philippo III. Hispaniarum Rege Catholico, deputavit bon. me. Horatium Lancellotum tunc Rotæ Auditorem, eoque ad Cardinalatus honorem sublimato, dilectum filium Magistrum Ioannem Baptistam Coccinum, ejusdem Rotæ Decanum, & pariter bon. mem. Franciscum Sacratum tunc Archiepiscopum Damascenum, & Auditoris Rotæ Locumtenentem, ac deinde S. R. E. Cardinalem; qui & antiquos processus examinarent, & novos auctoritate Apostolica faciendos, quatenus ipsis videretur, decernerent, atque omnia eidem PAVLO prædecessori una cum eorum sententia referrent,

VRBA. VIII.

UVA. BHSC. BU 06252

VRBA. VIII. qui litteras remissoriales ad diversos Prælatos in Hispaniarum, Lusitaniæ, ac Indiarum regnis constitutos decreverant, atque ipsi interim in Curia novos testes examinarant. Cumque præfati Iudices partibus suis perfuncti essent; eisdem Auditoribus processus à se confectos transmiserant. Qui omnibus summa cum maturitate per plurimum temporis spatium, ut negotii gravitas postulaverat, consideratis ac perpensis; eidem PAVLO prædecessori retulerant, juxta canonicarum sanctionum decreta abunde constare de vitæ sanctimonia, ac eximiis virtutibus Servi Dei Francisci, deque miraculis, quæ tam eo vivente, quam post felicem ejus obitum, ejus meritis ac intercessionibus Deus omnipotens operari dignatus erat, dignumque videri, si eidem placeret, ut in sanctorum Confessorum catalogo adscriberetur: Cum interim præfatus PAVLVS prædecessor humanitatis debitum persolvisset, & prædictus GREGORIVS prædecessor ad sacrum Apostolatus apicem Divinâ providentia assumptus fuisset; ac pro parte carissimi in Christo filii nostri, tunc sui, Philippi IV. Hispaniarum Regis Catholici instanter requisitus esset, ut negotium hujusmodi promovere, ac ad ulteriora procedere dignaretur; accederentque aliorum Principum, ac Prælatorum, ac totius Indiæ Cleri, idem suppliciter exposcentium

UVA. BHSC. BU 06252

tium preces; prædictus GREGORIVS præ- VRB.
deceſſor, ut in re tam gravi ea qua decebat VIII.
maturitate progrederetur, prædictorum Auditorum relationem ad S. R. E. Cardinales ſacris ritibus præfectos, ut rurſus totum negotium quam diligentiſſime diſcuterent, remiſit. Quod cum illi accurate perfeciſſent, ac pro Servi Dei Canonizatione omnes unanimiter cenſuiſſent; bon. me Franciſcus Maria Epiſcopus Portuenſis S. R. E. Cardinalis de Monte nuncupatus, totius proceſſus ſummam, & ſuam collegarumque ſententiam, coram dicto GREGORIO prædeceſſore, & venerabilibus fratribus noſtris, tunc ſuis S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, in Conſiſtorio ſuo ſecreto expoſuit. Quibus auditis, reliqui Cardinales ad ulteriora fore procedendum, communi ſuffragio pronuntiaverant.

Igitur, cum in publico Conſiſtorio quondam Iulius Zambeccarius, tunc Aulæ Conſiſtorialis Advocatus, plurima de hujus Servi Dei vita & virtutibus enarraſſet, atque ejuſdem Hiſpaniarum Regis Catholici preces pro eadem Canonizatione expoſuiſſet, atque ut ad eam procedere dignaretur, humiliter ſupplicaſſet, dictus GREGORIVS prædeceſſor, præfati Regis pietatem, & religionis zelum plurimum in Domino commendans ſuper tanta re eoſdem S. R. E. Cardina-

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII. les, atque Epiſcopos in Romana Curia præſentes conſulturos eſſe reſpondit; atque interim Cardinales & Epiſcopos prædictos intimo cordis ſui affectu vehementer in Domino hortatus eſt, ut in omni humilitate & lacrymis, in jejuniis, & eleemoſynis exposcerent ab eo, qui eſt via & veritas, ut dirigere dignaretur greſſus ſuos in ſemitis ſuis, ut ingrederetur in veritate ſua, ut quod beneplacitum eſſet in conſpectu ejus, intelligere & perficere, eo auxiliante, valeret.

Sequenti itaque ſemipublico Conſiſtorio, ad quod non Cardinales modò, ſed etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, atque Epiſcopos in Curia præſentes convocari mandavit, præſentibuſque etiam Sedis Apoſtolicæ Notariis, nec non ſacri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditoribus, cum plurima de egregia viri Dei Franciſci Xaverii vita ac miraculis enarraſſet, & quanta inſignis hic Dei ſervus pro nomine Domini Noſtri IESV Chriſti pertuliſſet, quantoque cum proventu (Domino incrementum dante) per incognitas nationes, verbum Dei diſſeminaſſet, expoſuiſſet; commemoratis etiam inſtantiis, quæ coram dicto GREGORIO prædeceſſore, tum à Rege Catholico, tum ab aliis etiam Reipublicæ Chriſtianæ Regibus, & Principibus fiebant; cum ſingulorum ſententias requiſiſſet, omnes uno ore benedicentes Deum, qui honorificantes

UVA. BHSC. BU 06252

cantes se glorificat, servum ejus Franciscum Xaverium canonizandum esse, atque inter Sanctos Confessores adscribendum censuerunt. Quorum omnium audito consensu, exultavit in Deo salutari nostro, gratias agens ei, qui est gloria virtutis nostræ, in cujus beneplacito contra omnes adversarias potestates exaltatur cornu nostrum: qui Ecclesiam suam in diebus istis hoc lumine illustrare, ac novo patrocinio munire dignatus esset. Canonizationis itaque publicavit diem infra scriptum, eosdemque Fratres, ac Filios nostros paterna caritate monuit, ut bonis operibus inhærentes precarentur Deum misericordiarum, ut super eos sereno vultu respicere, & eorum actiones ad voluntatem ejus perficiendam dirigere dignaretur. VRBA. VIII.

Demum peractis omnibus, quæ ex sacris Constitutionibus, ac Romanæ Ecclesiæ consuetudine peragenda erant, quarto Idus Martii, Pontificatus sui anno secundo, in sacrosancta Principis Apostolorum basilica cum eisdem Cardinalibus, nec non Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis Romanæ Curiæ Prælatis, officialibus, & familiaribus suis, Clero sæculari, & regulari, maximaque populi frequentia, convenit. Vbi, repetitis pro Canonizationis decreto, nomine ejusdem carissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici à dilecto

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII. filio noſtro, tunc ſuo, Ludovico tituli S. MARIÆ Tranſpontinæ, Cardinali Ludoviſio nuncupato, ejuſdem ſecundum carnem nepote, per Iulium Zambeccarium Advocatum prædictum petitionibus; decantatis ſacris precibus, ac Litaniis, & Spiritus Sancti gratia humiliter implorata; ad honorem Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitatis, ac Fidei Catholicæ exaltationem, auctoritate omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum, ac ſua, de eorumdem S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, in Romana Curia præſentium conſilio, ac unanimi conſenſu glorioſæ mem. Franciſcum Xaverium, de cujus vitæ ſanctitate, fidei ſinceritate, ac miraculorum magnitudine, & frequentia plene conſtabat, Sanctum eſſe definivit, & in Sanctorum Confeſſorum catalogo adſcribendum eſſe decrevit, & adſcripſit, illumque ab univerſis Chriſti fidelibus tamquam vere Sanctum honorari ac venerari mandavit, ac ut ab univerſali Eccleſia in ejus honorem eccleſiæ, & altaria, in quibus ſacrificia Deo offerantur, ædificari & conſecrari, & ſingulis annis die ſecunda Decembris, qua ad cæleſtem gloriam vocatus eſt, ejus officium, uti de ſancto Confeſſore, ad præſcriptum Romani Breviarii celebrari poſſet, ſtatuit: eademque auctoritate omni-

UVA. BHSC. BU 06252

omnibus Christi fidelibus vere pœnitenti- VRBA.
bus, & confessis, qui singulis annis eodem VIII.
festo die ad sepulcrum, in quo corpus ejus requiescit, visitandum accederent, unum annum, & unam quadragenam: iis vero qui in ejusdem festi octava, quadraginta dies de injunctis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxavit.

Postremo, gratiis Deo cum exultatione actis, quod Sanctum suum in conspectu omnium gentium honorificasset, ac tam insigni splendore Ecclesiam suam decorasset, cantata in S. Francisci honorem solemni Sanctorum Confessorum oratione, ad altare Principis Apostolorum Missam celebravit, cum ejusdem Sancti Confessoris commemoratione: omnibusque Christi fidelibus præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam elargitus est. Ne autem de definitione, decreto, adscriptione, mandato, statuto, relaxatione, aliisque præmissis, pro eo, quod super illis ipsius GREGORII prædecessoris litteræ, ejus superveniente obitu, confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæsitari; Volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod definitio, decretum, adscriptio, statutum, relaxatio, impertitio, aliaque præmissa à dicta die IV. Idus Martii, suum debitum sortiantur effectum, ac si super illis

ipsius

UVA. BHSC. BU 06252


VRB. VIII. ipſius GREGORII prædeceſſoris litteræ ſub data ejuſdem diei confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur, quodque præſentes litteræ ad probandum plene definitionem, decretum, adſcriptionem, aggregationem, ſtatutum, relaxationem, & alia præmiſſa ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Ceterum, quia difficile foret præſentes noſtras litteras ad ſingula loca, ubi opus eſſet, deferri; Volumus, ut earum exemplis, etiam impreſſis, manu publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum decreti & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo tertio, VIII. Idus Auguſti, Pontificatus noſtri anno primo.

† Ego

UVA. BHSC. BU 06252

† Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. VRBA. VIII.



† Ego Dominicus tt. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Gimnaſius.

UVA. BHSC. BU 06252

VRBA. VIII.

† Ego M. tt. SS. Quirici & Iulittæ Presb. Cardinalis Lantes.

† Ego P. tt. SS. Nerei & Achillei Presb. Cardinalis Crescentius.

† Ego A. tt. S. Petri ad Vincula Presb. Cardinalis Capponius.

† Ego G. tt. S. Crucis in Hierusalem Presb. Cardinalis Borgia.

† Ego Tiberius tt. S. Priscæ Presb. Cardinalis Mutus.

† Ego R. tt. S. Alexii Presbyt. Cardinalis Vbaldinus.

† Ego Iulius tt. S. Sabinæ Presb. Cardinalis Sabellus.

† Ego Guido S. Mariæ de Populo Presbyt. Cardinalis Bentivolus.

†

UVA. BHSC. BU 06252

VRB. VIII.

† Ego Iulius tt. S. Mariæ ſupra Minervam, Presb. Cardinalis Rom.

† Ego Fr. Deſiderius tit. S. Clementis, Presbyter Cardinalis de Cremona.

† Ego Coſmus tit. S. Pancratii S. R. E. Presbyter Cardinalis de Torres.

† Ego C. S. Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis Pius.

†

UVA. BHSC. BU 06252

VRB.
V III.

† † † † † † †

† Ego Hippolytus tt. S. Mariæ Novæ, Diac. Cardinalis Aldobrandinus S.R.E. Camerarius.

†

† Ego A. S. R. E. Diaconus Cardinalis dela Cueva.

A. Hurandus.

G. Montanus.

Locus † plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

IN-

UVA. BHSC. BU 06252

Reconciliare.

Reconciliandi profanatas Ecclesias facultas in remotissimis regionibus, ubi Catholicus Episcopus non adest. 51

Religiosus.

Eos omnes qui biennio Novitiatus in Societate peracto tria vota tametsi simplicia emiserunt, fuisse, esse, & fore vere & proprie Religiosos 217. & 230.

Reservatur absolutio apostatarum. 101. & 229. *Similiter & receptatorum.* 101.

Religiosis Societatis non licet ad sacerdotium, vel ad ejusdem Societatis gradus aspirare, vel statum mutare. 283

Religiosi cujuscumque Ordinis etiam Societatis in virtute sanctæ obedientiæ, atque excommunicationis latæ sententiæ pœna prohibentur alterare, aut impugnare Societatis institutum. 284

Sacramenta.

Sacramenta administrandi facultas. 26. 43. 61

Sacramenta administrandi facultas interdicti tempore iis qui causam non dederint. 42. *Abrogata.*

De sepeliendis familiaribus domesticis tempore interdicti. 42

Scholares.

Scholares approbati. 225

Societas.

Societas congregata ad normam benignitatis, ac mansuetudinis, caritatisque Christi, Petri, Paulique assidue spectet. 12. 64

Similiter, & Consiliarii. ibid.

Societas suscipitur sub protectione Sedis Apostolicæ. 16. *non debet carere viris sua impensa, & labore edoctis.* 98. *Ordo Mendicans esse declaratur.* 119. *Liberatur à quacunque visitatione, caussarum cognitione, sententiarum denuntiatione, & Religiosarum personarum cura.* 44.

Societatis primorum Patrum exercitia. 8. 58

Societatis vivendi formula Euangelicis consiliis, & canonicis Patrum sanctionibus conformis est. 9

Societatis Instituti formula. 9. *Ad-*

UVA. BHSC. BU 06252

9. *Adhuc explicatior.* 60. *Confirmationes alia.* 69. 73. 215. 227

Societatis finis, profectus animarum, & fidei propagatio ac media. 9. *fidei etiam defensio, & alia media.* 61

Societatis finem, Deumque ipsum pra oculis semper habere curent Socii, totisque viribus assequi: unusquisque tamen secundum gratiam sibi à Deo datam, & vocationis proprium gradum. 9.10.61

Societatis ministeriorum utilitas, & necessitas. 159

Societatis Institutum quoad vota simplicia attinet, quodque illa emittentes sint vere Religiosi, declaratur. 215. 230. & 236. *idque in dubium vocari interdicitur.* 216

Societatis Instituti, Constitutionum, aut Privilegiorum, aut horum articuli cujusvis impugnatio sub excommunicationis, & aliis pœnis eo ipso incurrendis interdicitur. 237

Summorum Pontificum Societatis IESV *Instituti approbationes.* 298

Societatis unitatis, & omnium nationum sub uno capite collectionis approbatio, & confirmatio. 306

Vide Confirmatio.

Socii postquam, Domino inspirante, huic Iesu Christi militiæ nomen dederint, prompti, ac die noctuque lumbos succincti esse debent, ad tam grandis debiti solutionem. 11.63

Sociorum numerus ad LX. *restringitur.* 16. *Restrictio tollitur.* 22

Societatis corpus, membra, pœnæ, ordo, gradus. 217

Stipendium.

Stipendium nullum pro suo in ministeriis labore accipere potest Societas. 61

Superiores.

Superioribus decretorum V. Congreg. serio observatio commendatur. 307

Transire.

TRansire *ad alium Ordinem, præterquam ad Carthusiensium nostri emissis juxta Constitutiones votis non possunt, nisi de Sedis Apostolicæ, vel Generalis Præpositi licentia.* 41. 100

Nec alias ingressus tenet. 100.

UVA. BHSC. BU 06252

100. Nec licet secundo ad Carthusienses. 239. Licet vero etiam professis ad quemcumque, si à Generali Præposito emittantur. 208

Victus, & Vestitus.

Victum, & vestitum, &c. honestorum Sacerdotum communem sequitur Societas. 67

Visitatio.

Visitationis, &c. officium suscipere non tenentur nostri. 44

Votum.

Vota omnia, exceptis quinque, commutandi facultas. 26. Etiam si jurata sint, non tamen in præjudicium tertii. 147

Votis Societatis simplicibus soluti manent dimissi à Societate. 30.68

Vota omnia quæ in Societate juxta Constitutiones emittuntur, approbantur. Vide Confirmatio, & 229

Vota tria simplicia Societatis esse substantialia Religionis vota declaratur. 230

Votum obediendi Præposito in omnibus. 12.64

Votum paupertatis. 13.65. 218

Votum speciale ad missiones Summi Pontificis. 11.63 228

Vota sua emittere debent Coadjutores, & Scholastici juxta Constitutiones. 68

Vota tria solemnia aliqui de Societate emittere possunt, de licentia Generalis. 68

Vota simplicia professorum, quæ. 228

Vota in sæculo emissa possunt commutari in simplicia Societatis. 235

FINIS.

UVA. BHSC. BU 06252

INDEX.

UVA. BHSC. BU 06252

UVA. BHSC. BU 06252

UVA. BHSC. BU 06252

UVA. BHSC. BU 06252

UVA. BHSC. BU 06252

BU
Biblioteca de Santa Cruz
6.252

UVA. BHSC. BU 06252

UVA. BHSC. BU 06252

USA. BHSC. BU 06252



UVA. BHSC. BU 06252